

Wissenschaftliche Beilage zum Jahresberichte des Kaiser Friedrich-  
Realgymnasiums und der Realschule in Rixdorf. — Ostern 1905.

---

# Lucubrationum Statianarum,

quoad

Silvarum quae vocantur comprehendunt carmina,

pars prior

per

**Arminium Schilling**

confecta.



---

Rixdorf 1905.

Druck von Mier & Glasemann, Berg-Strasse 35-36


9ri  
8 (1905)

122 b.



Patri meo sacrum.





Cogitanti mihi saepenumero, quomodo factum sit quibusque condicionibus, ut tota fere Romanorum poesi invenirentur, qui priores cum imitarentur tum paene iterarent, qua re non raro evaserunt difficiliore, argutiores, pingue quiddam atque peregrinum sonantes, programma<sup>1)</sup> Matris Viadrinae incidit in manus, quod de Publio Papinio Statio quasi Scythica glacie frigidiore garruloque et putido versificatore moleste ac nimium diligenter — ne dicam inepte — superbit.

Equidem ad hanc Scythicam vocem adnixus poetam sustinui iudicio non tam comi et blando quam aequo atque incorrupto quantum possem defendere.<sup>2)</sup> Diutius enim deditus Papinio, persuasi mihi digniorem eum esse atque nobiliorem, quam qui neglegatur nedum despiciatur.

Intercesserit quispiam: Quid? nonne altera semper, ut ait Livius<sup>3)</sup>, stabat a parte illa, quae regiae erat adulationis? servilis nonne Virgilii, Ovidii, Horatii convictus est imitator<sup>4)</sup>? nonne ipse denique, qui versus suos, gratia certe perductus celeritatis, „Silvas“ (*Ἰλμν*)<sup>5)</sup> appellet, subito sese calore et quadam festinandi voluptate profudisse carmina ac profligasse confessus, Silvarum illarum libellos, quos stilo remissione ceteris praeluserit<sup>6)</sup> operibus, purgare atque excusare studet<sup>7)</sup>?

Quae omnia reicio.

Primum enim, quamquam quia nimis fuit in Caesare laudando (Domitiani res gestas in agone Albano se celebrasse

<sup>1)</sup> Passow, De Codice Rhedigerano Silvarum Statio MDCCCXVIII.

<sup>2)</sup> hac particula absolvuntur Silv. I 3; 5. II 3; 4; 5. IV 5; 7; 9. V 4.

<sup>3)</sup> Hist. a. U. c. XXXXII 30, 4.

<sup>4)</sup> cf. Deipser, De P. Papinio Statio Vergilii et Ovidii imitatore; Luehr, De Statio in Silvis priorum poetarum Romanorum imitatore; singula singulis addidi Silvis.

<sup>5)</sup> cf. Cic. De or. III 26, 103. Suet. De illustr. gramm. 10; 24. Quint. Inst. or. X 3, 17.

<sup>6)</sup> Silv. (Alfredi Klotz sequor editionem) I praef. 14 sq.; cf. Ach. I 19.

<sup>7)</sup> I praef. 7 sq., 18 sqq., 25 sqq., 33 sq., 37 sqq.; II 12 sqq., 18 sqq., 22 sqq.; III 8 sqq., 15 sq.

narrat IV 2, 65 sqq.;<sup>1)</sup> quas num in manus hominum iusserit venire, incertissimum), tantum abest, ut adsentiar, ut acerbissime reprehendam; sui tamen ipsius saeculi optimus quisque favere mihi videtur consuetudinibus, rationibus, moribus.

Et degeneraverant mores temporum illorum, prodierant longe extra modum licentia depravata et qui omnibus fortunis quasi incendio eversis tyrannorum timore libidineque adulandi quominus libere adsurgerent ingenia, usquequaque impediabant; quae undique affirmata sunt per auctores minime contemnendos<sup>2)</sup>.

Est sane vitium, sed cui vitia non adhaereant, quis invenitur mortalium?

Neque omni virtute vacabat Domitianus; nam servorum fetum exsecari vetuit vitiumque culturam propagari arvis imminuendis addicque quartum stipendium militi, aureos ternos<sup>3)</sup>. Adde quod Capitolio exornando, itineribus expediendis operam dicavit, muniendis viis, ut omittas, quam strenuus fuerit artium adiutor atque patronus.

Itaque non solum esse voluit, sed fuit etiam ex parte is, quem Martiales, Statii prosequerentur admirationibus. Ain'? Tacitus, qui iisdem erat temporibus perditis, num adulatus est deum ac dominum? — Tacuit, quia poterat, aliis longe in condicionibus vitae versatus.

Vicissim iustissima plerumque non tam consilia quam facta probantur Silvis, optime morum ratio suscepta atque instituta, mens honestissima; quae cuncta mehercle aestimatione digna! Neque in vitia poetarum quaestio est ferenda, sed in virtutes, quibus Statius praeter multos conspicitur: altitudine grandique genere dicendi, fuso, numeris adstricto; mire proprieque cogitando, in iocando lepore. Celsus iterum atque iterum existit propugnator nobilitatis ac libertatis „ex mente“<sup>4)</sup>, quae maior sit stemmate cuncto; pietatem semper amat et probitatem neque libere et libenter profiteri dubitat, seu Claudium

<sup>1)</sup> cf. praet. I praef. 23; 1, 94 sqq. III 3, 167 sqq.; 4, 44 sqq., 60 sqq., 101 sqq.; 5, 28 sq. IV praef. 37 sq.; 2, 10 sqq., 46 sqq., 153 sqq.; 4, 93; 7, 49 sqq.; 5, 22 sqq. V 1, 165 sqq.; 3, 227 sqq., sed etiam Imhof, Lied von Theben I adn. 1.

<sup>2)</sup> Dubner, De P. Pap. Stat. nott. litt. § 2. Vollmer, P. Papinii Statii Silv. I., praef. pag. 1 sq. etc.

<sup>3)</sup> III 4, 65 sqq.; cf. II 6, 38 sq. Suet. Dom. 7.

<sup>4)</sup> II 6, 11 sq.

Etruscum effert laudibus<sup>1)</sup>, quia senem patrem veris lugeat lacrimis, seu ira sedula impulsus vera laude eos carere pronuntiat, qui falsae sint potentes<sup>2)</sup>, quamquam saepius morum bonis carentes proavis laudentur vel pulchrae formae munere; seu uxores praedicat — ut finem faciamus enumerandi — fidem erga maritum non mutantem<sup>3)</sup>. Nihilo tamen setius a superbia et arrogantia abhorrens maxima se praestat in aliorum gloriam adfectum admiratione. An id non intellegitur verbis, quae Thebaidi epilogi modo adiunxit: „Vive, precor, nec tu divinam Aeneida tenta, sed longe sequere et vestigia semper adora!“<sup>4)</sup>

Quodsi imitatio antiquiorum opprobrio fit, rectissime Henke excusat poetam, cum dicit: „Ingenio suo fretus, ubi imitatur, nunquam exemplum suum sequi vult, sed praesilire ac circa eosdem sensus certamen cum eo inire.“

Vel Romanae fidicen lyrae, utpote qui sublimi vertice feriat sidera, princeps carmen Aeolium Italos deducens ad modos, priorum scriptorum familiariter amplectebatur<sup>5)</sup> consuetudines — Papinio, qui item non modo Silvas creavit<sup>6)</sup>, sed etiam „praefationes“ tum integras, non liceret?

Dein vero antiquos neutiquam obiurgatos esse poetas, quod alter alterius effingeret rationem scribendi, quin etiam collaudatos, dummodo bene effingerent, constat omnibus. Ceterum facile manifestum fit Silvarum scriptorem cuncta doctrina perfecte planeque fuisse eruditum atque excultissimo ingenio; neque dubitandum est, quin haud exigua nos fugerint momenta de cultu et institutis primi illius post Christum natum saeculi, de nobilium villis<sup>7)</sup> balneisque<sup>8)</sup>,

<sup>1)</sup> III praef. 21 sq. praet. V praef. 1 sqq.

<sup>2)</sup> V 1, 51 sqq.

<sup>3)</sup> III 5, 3 sqq., 44 sqq. V 1, 184 sq.

<sup>4)</sup> Silv. III 3, 62; IV 7, 25; V 1, 12 forti quadam sed iusta loquendi libertate defenduntur, quam me quidem iudice prae se ferre magis decet poetam quam fecte abdicare.

<sup>5)</sup> Hom. (Carm. I 15 = *T* 54 sq., 380 sqq., 430 sq., 449 sqq; *A* 405). Alc. (C. I 9, 1 sqq. = 16; C. I 10. = 2; I 14 = 6; I 18, 17 = 46; I 37, 1 sqq. = 8). Alc. (C. III 4, 1 sqq. = 16). Sapph. (C. I 22, 23 = 2, 3 sqq.), cet. cf. Arnold, Quaestionis de Hor. Graec. imitatore part.; Wagner, Horatii carm. collatione scriptor. Graec. illustr.; Wensch, De Horatii Graec. imitandi studio ac ratione.

<sup>6)</sup> Lucani aequalis Silvae amissae sunt; quas Statius imitatus sit necne, incertum.

<sup>7)</sup> I 3. II 2.

<sup>8)</sup> I 5; 2, 154 sq.

de staturis<sup>1)</sup>, tabulis pictis<sup>2)</sup>, ornamentis<sup>3)</sup>, nummis<sup>4)</sup>, aromatibus<sup>5)</sup>, ni Statius sanxisset carminibus.

Itaque praesto mihi est, quod innumerabiles ferme ex Silvis congerere possum locos, unde apertissimum fit, quae vivendi ratio tum fuerit Romanis domi forisque<sup>6)</sup>, quibus muneribus atque officiis<sup>7)</sup> functi, quo modo res et divinas<sup>8)</sup> et humanas<sup>9)</sup> contemplati sint, ut cetera relinquam, quae indagavi de aere sudante<sup>10)</sup> vel pilis laetas frondes attollentibus<sup>11)</sup> et lanceis, quae famosa penna carent; de lapillis, quibus beatissimae res signantur<sup>12)</sup>, de mortuorum vultibus non falsi numinis indutis figura, sed auro<sup>13)</sup> simili notatis; de pulchritudine<sup>14)</sup>, de tinnitu<sup>15)</sup> auris, de herba salutifera<sup>16)</sup>; de luctibus in funera missis<sup>17)</sup> hominum vel etiam bestiarum.

Unaquaque fere Silva denique aureo quodammodo reti redimita est historicarum rerum, heroicarum, mythicarum, quae tanta enarrantur amoenitate, tanta arte, ut novam semper eliciant delectationem: eximium atque nobilem fontem iudico Statium, unde permultum lucri redundat inquirentibus.

Sunt qui arcessitae talia vocent doctrinae vel omnino minora, sed praedicare licebit non dubitem, qua omnia in Silvis probentur diligentia, fide, religione; quanta rerum frequentia quaeque inter-

1) I 1; 3, 47 sq. IV 6.

2) I 1, 100. II 2, 64, 88 sq. III 3, 104; 1, 95. cf. praet. Gros et Henry, L'encaustique et les autres procédés de peinture, pag. 5 sqq.

3) I 3, 49; 54 sqq.

4) III 3, 105. IV 9, 22.

5) II 1, 159 sqq.; 4, 34 sqq.; 6, 86 sqq. III 3, 33 sqq. V 1, 210 sqq.; 3, 41 sq. cf. Theb. VI 54 sqq.

6) I 6. III 5, 15 sq., 64. IV 6, 5 sqq., 32. III 3, 144 sqq.: I 2, 202; 4, 120 sqq.

7) I 2, 176 sq. III 3, 89 sqq. IV 3, 141 sqq.; 4, 23; 9, 16. V 3, 162 sqq.

8) I 1, 19; 2, 115 sq. II 1, 22, 147, 227 sqq. III 1, 55 sq.; 2, 117 sqq.; 4, 81. V 1, 225 sqq.; 3, 19 sqq., 175, 274 sqq., 284 sqq.

9) I 2, 122, 138 sq. II 1, 51 sqq., 129 sqq. V epist. 5 sqq.; 2, 68 sqq.; 3, 98 sqq.

10) IV 6, 74.

11) V 1, 92 sq.

12) IV 6, 18. cf. V 1, 230 sq.

13) II 7, 125 sqq. V 1, 199, 234 sq.

14) I 2, 115 sqq. II 1, 41 sqq. III 4, 40 sqq.

15) IV 4, 26.

16) I 4, 98 sq.; cf. praet. III 4, 25.

17) II 6, 18 sqq.

pretatio, quo nitore quae vult et quae sentit iudicia et argumenta Papinius, instituta atque adornata sint. Peccaverit hic illic Statius, — pons est, quo rescisso plerisque universis illius aetatis ratione et moribus intercludimur; optime meruit de tota litterarum monumentis! Flaccum igitur, Maronem, Nasonem imitatus quamvis elatione, altitudine, artificio, elegantia saepe feratur in maius, minime debet incusari Scythica glacie frigidior. Immo vero admiranda Statianorum flores ac lumina carminum! admiranda facundia, volubilitas, sententiarum reconditarum crebritas! Acsi quae nostrae cogitationi sunt obscura, — Roma locuta est! Permultorum summus est splendor locorum, felix et audax inventio, permultarum ingeniosum acumen dictionum<sup>1)</sup>, neque miror, quod Papinius haud gregali praeditus indole atque subtilitate, teneris ab unguiculis genitoris arte imbutus exercitatusque exemplo iam adolescens versibus studuit. Quae cum adpropinquantibus fortunae vicissitudinibus evadere soleant unacum puerilis animi habitu sorte contento, arcanis somniis perfuso, Statius rebus et secundis et adversis usque occidentem in vitam gratum semper se praebuit Musis et dilectum.

Placeat igitur, cum carmina placent nativo quodam colore, vera vitae imagine, placeat vel ipse poeta!

Hic etsi nonnulla de Papinio ipso<sup>2)</sup> paullo uberius adferre possum, quae cum aliorum libris tum Silvis exstantia sub unum adspectum subiecta cognoscantur, reticendi tamen utar ratione, ne sim longus neve nimis accrescat opusculum.

Sed cave increpes me pacis et concordiae tanquam patronum: exemplis quae dixi, evincam.

---

<sup>1)</sup> cf. Ang. Polit. ad Silv.: „Nihil in Silvis non sagacissime inventum, non prudentissime dispositum est, nullus non tentatus locus atque excussus, unde aliqua modo voluptas eliceretur. Itaque ut in Thebaide atque Achilleide secundum sibi inter sui ordinis poetas suo quasi iure locum vindicavit, ita in his Silvarum poematis, quibus citra aemulum floruit, tam se ipse post se reliquit, quam eundem Virgilius Maro in superioribus antecesserat . . . . Ut non ierim incicias posse aliquid in tanta Latinorum suppellectile inveniri, quod his Silvarum libellis . . . . antecellat: ita illud meo quasi iure posse videor obtinere eiusmodi esse hos libellos, quibus . . . . nihil ex omni Latinorum copia antetuleris.“ — cf. praet. J. Casp. Gaevert, M. Ant. Sabellicus, Jul. Caesar Scaliger, H. de Groot, Fr. Vollmer.

<sup>2)</sup> cf. II praef. 21 sq.; 2, 6. III 5, 28 sqq., 78 sqq. IV 2, 65 sqq.; 4, 69 sq. V 3, 36 sq., 225 sqq. Fr. Dubn., Nott. litt.; Dom. Cald. Silv. ed., R. 1475; H. de Groot; Ferd. Hand; Cocc. Sabell.; Jer. Markland; Fr. Vollmer (P. Pap. Stat. Silv. I. praef. pag. 2 sq., 15 sqq.) quique ceteri Silvas adnotarunt viri docti.

Seorsim si sola per se spectatur Papinii ars criticoque submittitur iudicio, concedendum multa melius perfectiusque dici potuisse; ubique enim repetitiones offeruntur, plerumque autem Staius epicam quae vocatur repetitionem vitans nova†) verborum sententiarumque conformatione rem expedire studet.

Et perpendas pleraque subito fervore et festinandi quadam voluptate, nonnunquam insuper necessitate, de qua infra verba faciam, cogente nata esse.

Minime vero in eorum sententias concedam, qui semel atque iterum pernicitati illi nimium adsignare honorem desistere nequeunt, quamquam haec illa securitate vel socordia evenerint. Priores enim cogitationes, fictae animi vi praeceptaeque, ut evadant eximiae et singularem haud raro adumbrent imaginem, sermo tamen et vocabula propria, ne displiceant ambiguitate aliisve rebus, postea interdum mutari debent vel summae adcommodari; quae Staius — sive fortuito sive studio — saepius remisit. Unde existimationem de eo plane cumulateque perfectam sine mora colligi veto. Nam ut liberime confitear: errasse iudico eos, qui praefationibus, quibus poeta aditum ad singulos Silvarum libros aperuit, quaeque occasione data de ratione sua carmina pangendi iactavit, res reapse et quoquo modo in vero positas demonstrari arbitrentur. Placendi studio atque sui quadam ostentatione talia magis quam iusta fide mihi videntur dicta. Atqui probo Papinium sine iactura dignitatis tam libere locuturum non fuisse, nisi inter omnes constitisset componendi celeritate facilitateque vel Ovidium illum paene superatum ab eo; qua re pauci Silvarum loci excusantur maiore parte ancipiti relictis. Sic enim puto: si re vera poetae in omni vitae colore

†) I praef. 14: 3, 50 sq.: II 7, 55. I 1, 32 sq.: I 3, 60. I 2, 127: I 3, 107 sq.: III 3, 61 sq. I 2, 6: V 5, 2. I 6, 78: II 4, 28. I 2, 148 sqq.: I 5, 34 sqq.: IV 2, 26 sqq. I 2, 248 sqq.: I 5, 13 sqq.: II 1, 26: II 7, 9 sqq.: V 1, 135 sq.: V 3, 8 sqq.: V 5, 28 sqq. I 2, 80: II 4, 29 sq. I 3, 20 sqq.: IV 3, 76 sqq. I 2, 203 sqq.: I 3, 68 sq. I 4, 19 sqq.: I 5, 1 sqq.: I 6, 1 sqq.: II 3, 6 sqq.: II 7, 1 sqq. I 2, 115 sqq.: II 6, 36 sq. I 5, 61 sqq.: III 3, 56: I 5, 20 sqq.: III 3, 13 sqq. I 5, 57: I 3, 57 sqq.: 64: 81: III 5, 189 sqq. II 1, 148 sqq.: V 1, 171 sq. II 1, 121 sqq.: II 6, 69. II 3, 33 sqq.: II 6, 85 sq. II 4, 74 sqq.: V 1, 258 sqq. II 4, 29 sqq.: V 5, 86. II 2, 35: II 6, 35: III 4, 44. II 2, 42 sqq.: III 1, 8. II 1, 47: III 1, 22. II 1, 84 sqq.: II 6, 2 sqq. II 2, 139: II 7, 48 sqq. II 4, 5: III 3, 74 sq. II 1, 81: V 5, 83 sq. II 1, 40: 109: II 6, 49: III 6, 68: IV 4, 45: V 2, 13: (Ach. I 148: Th. VI 756: XII 34 etc); sed cf. etiam. I 1, 84: I 2 26: I 3, 83: 88: II 4, 9: III 4, 40: 103. I 2, 84: I 4, 80 sqq.: II 4, 20: III 2, 139 sqq.: III 4, 92: III 5, 53: V 2, 60. I 6, 22: IV 3, 89: IV 5, 6: V 5, 53. I 2, 243: II 3, 17.



tersissimi<sup>1)</sup> excellentissimique artificiis, qui venas tenebat cuiusque generis, aetatis, ordinis, in animo fuisset librum plus minusve corrigere et emendare, certe facturum eum fuisse. Sed dissolutae specie segnitiae plausum quodammodo capere voluit popularem.

Post hoc timendum ei erat extrinsecus, ne fervor fautorum, si diutius moraretur desiderium<sup>2)</sup>, aliis obveniret, inter quos Martialem Bilbilensem haud mediocrem habebat aemulum.

An putas facere eum non potuisse, quin orbitas tritas<sup>3)</sup> sequeretur? an tempus subsivum defuisse poetae variis occupato negotiis? —

In egestate<sup>4)</sup> nequaquam versatus fretusque Domitiani benevolentia atque favore ad rem publicam non videtur accessisse neque artem suam contulisse in quaestum; sed otio deditus vitam egit in contemplatione et cognitione rerum undique expletarum perfectarumque positam, Horatianum secutus „Beatus ille, qui procul negotiis . . . .“

Hinc igitur, si placet, ordiamur disceptationem iudicii faciendi asperiore lima examinantes.

Compertum habemus Statium rhetorum praeceptis non modo tota carminum descriptione, sed etiam in structura verborum — ne dicam in verbis ipsis — usum esse. Tantumque arti oratoriae, fucis, cincinnis tribuit honoris, ut amicos vel quibus poemata impertiebat fautoribus, semper fere cognomine disertis, facundis, placidis, elegantissimis, eminentissimis, eruditissimis appellaret<sup>5)</sup>. Quae studia paulatim in naturam verti ex consuetudine quis est qui nesciat? Nonne *λόγοις ἐπιδεικτικοῖς, ἐπιθαλαμίοις, προπεμπτικοῖς, εὐχαριστικοῖς, γενεθλιακοῖς, ἐπιτηδείοις* satis apparet? nonne audacissimis zeugmatis (*ἀπὸ ζωνοῦ*)<sup>6)</sup>, apostrophes<sup>7)</sup>, prosopopoeiae<sup>8)</sup> figuris, super-

<sup>1)</sup> cf. II praef. 6 sq.

<sup>2)</sup> cf. III praef. 24.

<sup>3)</sup> cf. II 7, 51.

<sup>4)</sup> cf. III 1, 61 sq. V 3, 36 sq.

<sup>5)</sup> I praef. 6 et 31; 2, 201; 3, 1. II praef. 6 sq., 19, 26 sq.; 1, 167; 2, 9; 3, 1, 15; 7, 46 sq. III praef. 9 sq., 17. IV. praef. 22, 27; 1, 179; 3, 43; 5, 3 et 50.

<sup>6)</sup> I 1, 11, 79; 2, 5, 187, 235; 4, 41; 6, 77, 100. II 1, 10; 6, 62; 7, 5. III 2, 138. IV 4, 78. V 3, 12.

<sup>7)</sup> I 6, 38. II 7, 5 sqq. III 2, 84; 3, 131.

<sup>8)</sup> I 1, 79 sqq., 100; 2, 72; 3, 4, 25 sq., 40; 5, 43 sq., 48 sqq.; 6, 63 sq. II 1, 38; 3, 53; 7, 131. III 1, 17 sq., 52 sq. IV 7, 13. V 2, 25 sq.

lationibus<sup>1)</sup>, quibus oratores animos hominum sibi conciliare solent quibusque omnis ratio dicendi ad persuadendum vix minus est nixa quam illis, quae Cicero De or. II 27, 115 commendat?

Atque haec omnia signa profecto et notae existimanda mihi videntur plenam plerumque a poeta industriam positam esse in elaborandis carminibus, quamvis celeriter mente vel sensu sint concepta. Insani enim fuerit caeca pellectum expectatione conscribillare et edere libellos<sup>2)</sup>: quo quanto plus<sup>3)</sup> domino dare Caesari, quod saepissime contigit Statio! Carmina eius ab amicis, quibus dedicata sunt, „accipiunt publicum“<sup>4)</sup> eis, qui stili genus reprehenderunt, penitus neglectis<sup>5)</sup>, quia nihil egerint.

Markland vero docet quattuor libros a vate ipso emissos esse, quintum ex hereditate demum per amicos divulgatum; quae opinio augetur, quia liber ille solus praefatione caret, etsi impugnandam eam mihi esse censeo, quatenus infecto „Epicedio in puerum“ nitatur. Accedit quod negandum mihi puto Papinio ipsi Silvas novum genus poeticum adumbrantes nihil nisi artem quasi mercenariam aut ludibrium fuisse. Quin etiam miro quodam adfectu de sinu prodierunt<sup>6)</sup>, imis animi fixae penetralibus<sup>7)</sup>, quod descriptionibus maxime patet nativis, veris, lepidis. Haud parvi denique id reor momenti, quod Silvae, teste Sidonio „inter Labdiacos furores sonatae“<sup>8)</sup>, heroico omnino vigentes colore sex exceptis<sup>9)</sup> versu incedunt heroico. Qua de causa nihil moror, quominus hanc illam earum carmen epicum vocem minores in gyros contractum.

Sic Silvis assidue perpetuoque legendo meam in partem conversis adamatoque poeta temperare mihi non possum, quin altera opusculi parte minoribus ter ternis, de quibus supra dixi, poematis negotii plusculum afferam, textum alias retractaturus alias mandaturus sermoni patrio. Nam correcti tantum loci non mihi suffi-

<sup>1)</sup> I 1, 41, 94 sqq.; 2, 87 sqq., 156 sq.; 6, 21 sqq. II 6, 86 sqq. III 4, 98, 101 sqq.; 3, 98 sq. IV 3, 38 sq., 56 sqq., 100, 135. V 1, 134, 165 sqq.

<sup>2)</sup> „Ridiculum est Statio imputare eum quidquam in publicum emisisse, quod non perfectum ab arte habuerit“ (Leo).

<sup>3)</sup> cf. IV praef. 36 sqq.

<sup>4)</sup> cf. II praef. 35. IV praef. 43 sqq.

<sup>5)</sup> IV praef. 34 sq.

<sup>6)</sup> I praef. 8 sq.

<sup>7)</sup> cf. III 5, 56.

<sup>8)</sup> Carm IX 227.

<sup>9)</sup> I 6. II 7. IV 3; 5; 7; 9.

ciunt, quia versione demum dictioni scriptoris serviente omnia persolvi puto, ne poetae laus poetica detrahatur.

Tenui igitur et angusta ingenii vena confisus Papinium sententia servata ad verbum, ubi potero, imitabor, ut iterum non tam philologis quam optimo cuique patefiat, qualis vere fuerit. Quo enim diutius ingrediebar versui versum adnectens, eo magis toto quoque ipse delectabar carmine.

Hac re, quamquam semper citra veritatem est similitudo, Statium si non adaequare, colere certe conisus sum; teretibus influat et insusurret auribus! — Quo priusquam ascendo, nonnulla, ne in nebulis navigare videar, de capite expendenda mihi sunt, quod quasi normam adii, ut fundamentum offerrem, in quo Statiana vox niteretur. Est codex Matritensis bibliothecae nationalis M 31, qui priore quinti decimi saeculi parte conscriptus a. p. Chr. n. MDCCCLXXIV a Gustavo Loewe Matriti repertus et collatus est. Hunc merito agmen ducere omnium librorum quoad Silvas comprehendunt manu scriptorum et ipsum exemplar esse in Poggii usum transcriptum Alfredus Klotz<sup>1)</sup> nitidissime demonstravit et evicit; quam ob causam alios codices cunctos inde derivatos non sum secutus.

Haec habeo, quae dicam de codice Matritensi anno MDCCCLXXXV per Mauritum Krohn summa cum diligentia excusso ita, ut de lectione eius fere nusquam sit dubium.

Ceterum quod attinet ad singularum Silvarum titulos, qui plerique positi apparent per librarios, praefationibus habui fidem. Sed dum comparo inter sese Matritensem librum manu scriptum et Klotzianas Vollmerianasque editiones, quarum vestigia semper erunt respicienda, aliquos inveni locos meo quidem animo non ab omni parte suspectos et ponderatos. Hic, ne quid sileatur, nonnulla subserenda, corrigenda, explenda mihi videntur.

Sequitur, ut exponam, in textu<sup>2)</sup> constituendo quid egerim. Coniecturis omnino in Papinii operibus carere non possumus, sed quaerere oportet, quae servanda vel revocanda sint quaeque abdicentur. Qua in re minus advertendum, quid poeta dignissimum aut per se elegantissimum, quam quid peculiari Statii ingenio optime convenire videatur.

Floret profecto praeter aemulos Staius, ubicunque suavitate, gratia, venustate totus scaturit. Neque dubitetur, quin ad laudandi,

<sup>1)</sup> cf. etiam Vollmer, epil. pag. 6 sq.

<sup>2)</sup> quod ipse coniciendo affero novi, \* significavi.

blandiendi, adulandi descensus non fuerit argutias, nisi ebrius urbanitate morum, temporum acerbitate quasi coactus superbiaque atque crudelitate tyranni: nam in domo Domitiani divinam venerationem sibi vindicantis<sup>1)</sup> omnia litterarum et artium continebantur studia neque cuiquam sperandum erat fore ut gratiam vel gloriam colligeret, quin aulicorum et purpuratorum imitaretur mores. Et erat incensus gloriae et admirationis desiderio Statius nobili loco natus, nobilibus iunctus amicitia, nobili quadam amictus modestia atque iucunditate!

Num vero talem ob imbecillitatem ipse contemnatur? Minime!

Iuvant porro quae Markland in *Silvas iudicii officii*que contulit: „ . . . . . quae viris cordatis semper gratiae fuerunt; et erunt, donec eruditioni, candori, benevolentiae, humanitati — ex quibus constant — suus manebit honos.“ Hinc liquet Musam Statianam contemptui haud habendam, quod etiam studio<sup>2)</sup> demonstratur, quo viri critici, existimatores, editores ei incubuere.

Utque eorum, quae dixi, summam faciam, ita prorsus existimo: Publium Papinium Statium vatem, utpote qui gratia, caritate eorum, qui tunc fuere, ad verbum paene mandatus sit memoriae animisque<sup>3)</sup>, quo Dante Florentinus ille in *Divina sua Commedia*<sup>4)</sup> unacum Marone ducente usus sit per Purgatorii abdita, quem

---

<sup>1)</sup> cf. Suet. Domit. XIII 13.

<sup>2)</sup> cf. a. i. Lessing, *Sämtl. Werke*, Meyers Klassikerausg., V pag. 320.

<sup>3)</sup> cf. Sidon. *Carm.* IX 228 sq.:

Cum forte pedum minore rhythmo  
pingit gemma prata silvularum;

XXII ep. 6: Si quis . . . . . neque omnino quidquam de Papinii nostri silvulis lectitasse. *Iuv. Sat.* VII 82 sqq.:

Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae  
Thebaidos, laetam cum fecerit Statius urbem  
promisitque diem: tanta dulcedine captos  
afficit ille animos, tantaque libidine vulgi  
auditur.

<sup>4)</sup> cf. Baehrens-Kohlmann, *Stat. op. praef.* Schmitz, *Rhein. Mus.* XXI 438 sqq. Wachsmuth, *Rhein. Mus.* XXIX 355 sqq. *La Divina Commedia di Dante Alighieri*, Purgatorio XXI 10, 891 sq.; XXIV 118 sqq.; XXV 28 sqq.; XXVII 46 sqq.; XXXII 29; XXXIII 134 sq.

postea Goethe<sup>1)</sup> summis auxerit honoribus Handianam nactus Silvarum editionem, — talem virum dignum esse, qui iustissima consecutus iudicia extrema in saecula vitam perducatur.

Adnotationes ne nimis ibidem acervarentur, partim explicationibus, partim textui latino vel versibus vernaculis subscripsi; occasione data memorabam praeterea, quidquid rem ut variaret, idoneum videbatur.

### Villa Tiburtina Manilii Vopisci.

#### I 3.

Ubi villa Vopisci posita fuerit, nisi fortuito vix inveniatur, neque meum est indaganda ea in re, qua carmen ipsum non attingitur, operam et oleum perdere: doctiores talia studia delectent antiquitatis investigatores<sup>2)</sup>.

\* v. 9 sq.: Diu multumque dubitanti mihi haec denique placent:

„ipsa manu tenera tectum scripsisse Voluptas fertur, desidia mater grataeque quietis.“

Lacunam, quam primus statuit Schwartz<sup>3)</sup>, probans mea pro parte explendam curavi eamque uno versu, quia etiam I 5, 30 sqq. et II 2, 52 aedificiorum extruendorum vel exstructorum brevissima fit mentio.

Libris manu scriptis munitur

„ipsa manu tenera tecum scripsisse<sup>4)</sup> Voluptas,“

---

<sup>1)</sup> Sämtl. Werke, Weim. Ausg. V 26; Tag- und Jahreshefte XXXVI 82 sq.; Gespräche VIII 330 sq.: Dieser Statius ist ein Dichter, der grosses Lob verdient und unseres fleissigen Studiums wert ist. Was von einem gewissen Ueberfluss an Geist herrührt, stört mich nicht, aber ich bewundere an ihm die Kunst, mit der es dem besten Dichter zusteht, sinnfällige Dinge aufzufassen und genau wiederzugeben. Sehn Sie, wie sorgfältig er das Pferd Domitians beschreibt, wie genau er die Bildsäule des Herkules schildert, wie richtig er die Lage der Landhäuser, den Schmuck der Bäder angibt! Alle Dinge, die er mit Worten beschreibt, scheinen uns vor die Augen geführt zu werden; so gross ist seine Kunst, Bilder aufzufassen und darzustellen!

<sup>2)</sup> cf. Vollm. comm. I 3, pag. 263 sqq.

<sup>3)</sup> nulla lacuna in M.

<sup>4)</sup> cf. I 1, 100. III 1, 95, 117.

quae tamen scriptura variis mutationibus infuscata atque imminuta est: trecenties vertere eam viri critici, concoquere, excussere.<sup>1)</sup>

Sic Wachsmuth haud stulte Voluptatem fingit tectum inscribentem<sup>2)</sup>, quae res per se plane probabilis:

„ipsa manu tenera tectum inscripsitne Voluptas?“

Sed opinor Statium brevior tali interrogatione rhetorica aegre contentum fuisse; quin immo auxerit dilatando, nam ubivis conlibet ei anfractu quodam gravique ubertate capere animos.

Nunquam vero Voluptas „scripsisse visa esse“ (Dubner, Markland) potuit! Nam videor scripsisse aut scribere visus sum; tertium non datur.

Etiam Baehrensiana coniectura

„ipsa datur tectum tenera struxisse Voluptas“ parum succedit, quia neque in simili versatur („struxisse“) neque vere latina est („tenera“ pro „tenera manu“).

Staaffianum porro consilium

„ipsa manu tenera tectum — scripsisse voluptas — tunc Venus Idaliis unxit fastigia sucis“

Klotz luculenter reppulit.

v. 19: Non „unda“ fugit „longas per umbras“ (arborum), sed „umbra“<sup>3)</sup> (arborum vel eorum, qui praetereunt) „per undas“<sup>4)</sup>. Unda „longa“ commode cogitari potest, praesertim cum mite labatur<sup>5)</sup>, quare „producitur“: supra et infra villam Anien gurgitibus incitatus vertices volvit, i. e. ruit undis raptim festinantibus, altera alteram superante.

v. 26:

„non externa sibi fluviorum obstare queruntur“: praetoria ambabus servatis Anieni ripis prominent in flumen neque „queruntur externa fluviorum“, i. e. mediam partem fluvii,

---

1) „Tectum“: Itali viri docti in codicibus noviciis; „visa manu“: edd. Aldina, Gryphiana, Lindenbrogiana; „ipsa manu tenera fertur scripsisse“: Barth, (Domitius), Queck; „visa manu tectum scripsisse“: Dubner, Markland; „te conscripsisse“: Leo; „te vult scripsisse“: Krohn; ipsa datur tectum tenera struxisse“: Baehrens; „tectum inscripsitne“: Wachsmuth; „ipsa manu tenera tecum scripsisse“: ed. princ., Matrit., Rhediger., Vollmer, Klotz, quorum utrique placet lacuna.

2) cf. I 2, 209: caelestum „in“ munere.

3) cf. II 2, 48 sq.

4) cf. Schiller, Der Jüngling am Bache, 3 sq.

5) nam nunquam hic fervor aquis: v. 30.

domo vix pressam, „sibi obstare“, cum uno eodemque tecto iuncta (v. 24) ponte praeterea contineantur, ne undis divellantur hic illic cenantes.

v. 62: „et nunc ignarae“ (Heinsius). In longum duravit arbor generosa, cui „ignarae“ moritura<sup>1)</sup> vel Nais lubrica vel Hamadryas annos per Vopiscum non abruptos demet.

Stadium consulto Naides et Hamadryades confudisse inter sese, quapropter coniectura „ignoro“ commoda esset, vel illuisse indigentiae tali Propertii auctoritate vigenti (cf. Vollm. comm. I 3, 62 pag. 275 sq.) non mihi videtur probabile. Matritensis vero „ignaro“ (scil. domino, Vopisco) coniecturasque „ignavos“ (annos) et „intactae“ (tibi debet) funditus exagito.

v. 68 sqq.: Miratur Papinius Marciam<sup>2)</sup> audaci plumbo flumina transcurentem; „an“ solum Elidis amnem Ioniis sub fluctibus dulcis semita Aetnaeos ad portus deducat?

De re ipsa cf. I 2, 203 sqq. Virg. Aen. III 694 sqq.

Semitam dulcem mari amaro (cf. II 2, 18 sq.) opponi debere nego, quare tota comparatio subvertitur; semita dulcis est, quia „grata“, ut audiamus Domitium, „Alpheum ad Arethusam amicam contententem deduxit.“

v. 81: „bifera Alcinoi pomaria“ Statius Vopisci vocat hortos, quia eidem<sup>3)</sup> bis intra annum dant fruges.

v. 103: Satira nigra rubigine livens „turbatur“<sup>4)</sup> (rubente ira accensus fervet, qui componit) eodem modo, quo epistula „splendescit“ alia cura non reperta aut „quae (scil. epistula) alia cura, nisi quae epistolarem“, ut ait Barth, „stilum deceat, non detrahitur.“

„Turbes“ = turbatam (satiram) edas: Vollmer.

---

<sup>1)</sup> cf. Ov. Met. VIII 769 sqq.

<sup>2)</sup> cf. v. h. c. 66 sq; I, 3, 66 sq. Plin. Nat. hist. XXXI 24. Strab. Geogr. V 3, 240.

<sup>3)</sup> cf. Hom.  $\eta$  117 sqq.

<sup>4)</sup> cf. Barth, Anim. a. Statii Silv. I 3, 103 sq.

## Villa Tiburtina Manilii Vopisci.

### I 3.

Cernere facundi Tibur glaciale<sup>1)</sup> Vopisci  
si quis et inserto geminas Aniene penates  
aut potuit sociae<sup>2)</sup> commercia noscere ripae  
certantisque sibi<sup>3)</sup> dominum defendere villas,  
illum nec calido latravit<sup>4)</sup> Sirius astro,  
nec gravis adspexit Nemeae frondentis alumnus:  
talis hiems tectis, frangunt sic improba solem  
frigora, Pisaeumque domus non aestuat annum.  
Ipsa manu tenera tectum scripsisse Voluptas  
fertur, desidia mater grataeque quietis;  
tunc Venus Idaliis unxit fastigia sucis  
permulsitque comis blandumque reliquit honorem  
sedibus et volucres vetuit discedere natos.  
O longum memoranda dies! quae mente reporto  
gaudia, quam lassos per tot miracula visus!<sup>5)</sup>  
ingenium<sup>6)</sup> quam mite solo! quae forma beatis  
ante manus artemque locis! non largius usquam  
indulsit Natura sibi. nemora alta citatis  
incubere vadis<sup>7)</sup>; fallax responsat imago  
frondibus et longas eadem fugit umbra per undas.  
Ipse Anien (miranda fides<sup>8)</sup> infraque superque  
saxeus<sup>9)</sup> hic tumidam rabiem spumosaque ponit  
murmura, ceu placidi veritus turbare Vopisci  
Pieriosque dies et habentes carmina somnos.  
Litus utrumque domi, nec te mitissimus amnis  
dividit; alternas servant praetoria ripas,

1) cf. Mart. Epigr. I 12, 1. IV 57, 10. Silv. I 2, 156; IV 4, 15.

2) cf. Ach. I 404. Ov. Trist. V 7, 61; 10, 35.

3) cf. Virg. Ecl. VII 7. Hand: Villae amoenitate certant, ut quaeque sibi vindicet dominum eumque morantem detineat.

4) cf. Il 1, 184.

5) cf. I 1, 87. Il 2, 42 sq.

6) cf. Il 2, 44 sq.

7) cf. Il 3, 3.

8) cf. Ill 3, 21.

9) cf. I 5, 25. Strab. Geogr. V 3, 328.



non externa sibi fluviorum obstare queruntur:  
Sestiacos nunc fama sinus pelagusque natatum  
iactet et audaci victos delphinas ephebo!  
Hic aeterna quies, nullis hic iura procellis  
nunquam fervor aquis. datur hic transmitters visus  
et voces et paene manus. sic Chalcida fluctus  
expellunt fluvii; sic dissociata<sup>1)</sup> profundo  
Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum.  
Quid primum mediumve canam, quo fine quiescam?  
auratasne trabes an Mauros undique postis  
an picturata<sup>2)</sup> lucentia marmora vena  
mirer an emissas per cuncta cubilia nymphas?  
Huc oculis, huc mente trahor. venerabile dicam  
lucorum senium? te, quae vada fluminis infra  
cernis, an ad silvas quae respicis, aula, tacentis,  
qua tibi tota quies offensaque turbine nullo  
nox silet et nigros imitantia murmura somnos?  
an quae graminea suscepta crepidine<sup>3)</sup> fumant  
balnea et impositum ripis argenteis ignem?  
quaque vaporiferis iunctus fornacibus Amnis  
ridet anhelantes<sup>4)</sup> vicino flumine Nymphas?  
Vidi artes veterumque manus variisque metalla  
viva modis. labor est auri memorare figuras  
aut ebur aut dignas digitis contingere gemmas:  
quidquid et argento<sup>5)</sup> primum vel in aere minori  
lusit et enormes manus est experta colossos.  
Dum vagor adspectu visusque per omnia duco,  
calcabam necopinus opes; nam splendor ab alto  
defluus et nitidum referentes aera testae  
monstravere solum, varias ubi picta per artes  
gaudet humus<sup>6)</sup> superatque novis asarota figuris.  
Expavere gradus. quid nunc iungentia mirer  
aut quid partitis distantia tecta trichoris?

---

1) Claud. Rapt. Pros. 1 142 sqq.: Trinacria quondam Italiae pars una fuit;  
rupit confinia Nereus victor et abscissos interluit aequore montes.

2) cf. Il 2, 88 sq.

3) cf. Il 2, 17 sq. Theb. XI 492.

4) cf. V 3, 170.

5) scil. „in“; cf. Il 5, 29 sq.

6) cf. Il 2, 58.

quid te, quae mediis servata penatibus arbor  
tecta per et postes liquidas emergis in auras<sup>1)</sup>,  
quo non sub domino saevas passura bipennes?  
At nunc ignarae forsā vel lubrica Nais  
vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.  
Quid referam alternas gemino super aggere mensas  
albentesque lacus altosque in gurgite fontes?  
teque per obliquum penitus quae laberis amnem,  
Marcia, et audaci transcurris flumina plumbo?  
An solum Ioniis sub fluctibus Elidis amnem  
Dulcis ad Aetnaeos deducat semita portus?  
Illis ipse antris Anienus fonte relicto  
nocte sub arcana glaucos exutus amictus  
huc illuc fragili prosternit pectora musco,  
aut ingens in stagna cadit vitreasque<sup>2)</sup> natatu  
plaudit aquas, illa recubat Tiburnus in umbra,  
illic sulphureos cupit Albula<sup>3)</sup> mergere crines;  
haec domus Egeriae<sup>4)</sup> nemoralem<sup>5)</sup> abiungere Phoeben  
et Dryadum viduare choris argentia possit  
Taygeta et silvis accersere Pana Lycaeis.  
Quod ni templa darent alias Tirynthia<sup>6)</sup> sortes,  
et Praenestinae poterant migrare sorores.  
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria vosque,  
qui nunquam vacui prodistis in aethera, rami?  
Cedant<sup>7)</sup> Telegoni, cedant Laurentia Turni  
iugera Lucrinaeque domus litusque cruenti  
Antiphatae; cedant vitreae<sup>8)</sup> iuga perfida Circes  
Dulichiiis ulutata<sup>9)</sup> lupis arcesque superbae  
Anxuris<sup>10)</sup> et sedes, Phrygio quas mitis alumno  
debet anus; cedant quae iam te solibus artis  
avia nimbose revocabunt litora bruma.

1) cf. I 1, 32 sq.

2) cf. I 3, 85; 5, 16. II 2, 49; 3, 5. III 2, 16,

3) cf. Strab. Geogr. V 3, 238. Mart. Epigr. I 12, 2.

4) cf. V 3, 290 sqq.

5) cf. III 1, 56. Ov. Fast. VI 29.

6) cf. III 1, 180 sqq.

7) cf. I 1, 84; 2, 26. II 4 9. III 1, 142 sq. IV 4, 103.

8) cf. Hor. Carm. I 17, 20.

9) cf. IV 8, 16.

10) cf. Klotz praef. pag. 83 sq.

Scilicet hic illi meditantur pondera mores;  
hic premitur<sup>1)</sup> fecunda quies virtusque<sup>2)</sup> serena  
fronte gravis sanusque nitor luxuque carentes  
deliciae, quas ipse suis digressus Athenis  
mallet deserto senior Gargettius<sup>3)</sup> horto;  
haec per et Aegaeas hiemes Pliadumque nivosum<sup>4)</sup>  
sidus et Oleniis<sup>5)</sup> dignum petiisse sub astris:  
si Maleae credenda ratis Siculosque per aestus  
sit via — cur oculis sordet vicina voluptas?  
Hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuvat ipsum  
Alciden dictumque lyra maiore<sup>6)</sup> Catillum,  
seu tibi Pindaricis animus contendere plectris  
sive chelyn tollas heroa ad robora sive  
liventem satiram nigra rubigine turbes  
seu tua non alia splendet epistola cura.  
Digne Midae Croesique bonis et Perside gaza,  
macte bonis animi! cuius stagnantia rura  
debut et flavis Hermus transcurrere ripis<sup>7)</sup>  
et limo splendente<sup>8)</sup> Tagus. sic docta frequentes  
otia, sic omni detectus pectora nube  
finem Nestoreae, precor, egrediare senectae!

### Die Villa Tiburtina des Manilius Vopiscus.

Dürftest du irgend das eisige Tibur des edlen Vopiscus,  
seine vom Anioströme geschiedenen Schlösser besuchen,  
etwa den trauten Verkehr der befreundeten Ufer betrachten  
und die für sich den Gebieter wetteifernd begehrenden Villen,  
niemals tat dir der Sirius weder mit sengenden Strahlen,  
noch der nemäischen Forsten gewaltiger Zögling ein Leid an:  
solch ein Frost herrscht dort, solch grimmige Kälte vertreibt die

<sup>1)</sup> cf. I 2, 64.

<sup>2)</sup> cf. I 1, 15 sq.

<sup>3)</sup> Epicurus. cf. I 1, 102; II 2, 113. Mart. Epigr. VII 69, 3.

<sup>4)</sup> cf. I 6, 22; III 2, 76; V 2, 5; Theb. IV 120.

<sup>5)</sup> cf. Ov. Met. III 594. Strab. Geogr. III 2, 151; VIII 7, 387 (ubi Arati duo versus proferuntur Oleniam illam capellam exhibentes); X 2, 458.

<sup>6)</sup> cf. Virg. Aen. VII 670 sqq. Hor. Carm. I 18, 2.

<sup>7)</sup> cf. III 3, 61 sq.

<sup>8)</sup> cf. I 2, 127.

Sonne, und niemals glutet das Haus in pisäischer Jahrszeit.  
Selber Voluptas weihte mit zierlicher Hand das Gebäude,  
wie man berichtet, die Mutter der Musse und wohligen Nichtstuns;  
Venus beträufelte dann mit idalischer Würze den Giebel  
und mit den Düften der Locken, dem Ganzen ein liebliches Ansehn  
leihend, und hiess ihrer Kinder geflügelte Scharen verweilen.  
Stets denkwürdiger Tag! Frohlockende Freude beseelt mich,  
und von der Fülle der Wunder umflimmerts die Augen mir  
jetzt noch.

Welch ein sinniges Plätzchen! wie glücklich die Anmut der Lage  
ohne die Hilfe der Kunst! Freigebger bedachte Natur sich  
nirgend im Land. Hier wiegen sich sacht ob den Fluten des  
Hains hoch-

ragende Wipfel, ein täuschendes Spiegelbild äfft ihre Blätter,  
und in den schlängelnden Wellen enteilt dir der huschende Schatten.  
Selber der Anio, unter- und oberhalb voller Gerölle,  
dämpft (kaum glaubliches Wort) hier all seiner trotzigen Wildheit  
sprudelndes Rauschen, wie wenn er sich scheute des stillen Vopiscus  
musische Tage und liedergesegneten Schlummer zu stören.  
Stromüber wölbt sich das Dach, und das murmelnde Wasser ver-  
wehrt dir

nichts, da die Flügel des Hauses an jedwedem Ufer erbaut sind,  
ohne das Bette des Flusses als Hemmnis beklagen zu müssen:  
brüste die Sage sich noch mit der sestischen Enge, der See sich,  
die der Delphine besiegende Jüngling verwegen durchschwommen!  
Hier herrscht ewige Ruh, kein Sturmwind übt seine Macht hier,  
nimmer erbrausen die Wogen, und leichtlich magst du die Blicke,  
Ruf austauschen und Hände beinah. So halten des Meerarms  
Strömungen Chalcis vom Land, so dicht schaut Bruttiums Küste  
trotz der sicilischen Tiefe, der trennenden, hin nach Pelorum.  
Was nur besing ich zunächst, was drauf und womit will ich schliessen?  
Soll ich des Marmelgesteins kunstreiches Geäder bewundern  
oder die rings durch ein jegliches Schlafgemach strömenden Wasser?  
Wechselnd verlocken der Blick und die Sinne mich; soll ich vom  
würdigen

Alter erzählen des Parks? von dem Saal, der hinunter zum Flusslauf  
sieht, oder dem, der zurück zu den feiernden Wäldern gewandt ist,  
wo tiefatmige Stille, von keiner Bewegung gefährdet,  
schweigende Nacht und ein dunkel beschläferndes leises Gesäusel?  
Soll ich die dampfenden Bäder, erbaut auf grasigem Grunde,

und die am eisigen Ufer entzündeten Gluten beschreiben,  
wo mit den rauchaufwirbelnden Öfen verbunden der Stromgott  
spottet der seufzenden Nymphen im nachbarlich nahen Gewässer?  
Kunst und Gebilde der Alten und mancherlei lebendes Erzstück  
fiel mir ins Aug. Müh wär es, die güldnen und elfnen Figuren  
alle zu zählen und Gemmen, den Fingern ein würdiger Reifschmuck:  
was nur in Silber zuerst oder minder gediegener Bronze  
Menschenhand spielend geformt, für gewaltge Kolosse sich ühend.  
Während ich nun mit den schweifenden Blicken vom einen zum  
andern

wandere, tret ich schon wieder auf Schätze; denn flutender Lichtglanz  
und Mosaik, das die hochher flimmernde Helle zurückwirft,  
Zeigt mir den Boden, der tausendgestaltig in farbiger Zier prangt,  
gar asarotischen Pomp übertreffend an prächtiger Neuheit.  
Still steht stockend mein Fuss. Sag, soll ich nunmehr den Ver-  
bindungs-

Bau oder lieber die einzeln errichteten Teile bestaunen?  
Baum, oder dich, der du mitten im Schutze der Götter des Hauses  
ragt über Dächer und Säulen empor in die heiteren Lüfte?  
Andre Besitzer verschonten dich nimmer mit grausamer Axt, doch  
unvermerkt wird dir vielleicht anjetzt eine flüchtige Naïs  
erst oder Hamadryade die Lebensfrist sterbend verkürzen.  
Soll ich die Reihen der hart an der Böschung geordneten Tafeln  
loben, die glänzenden Weiher mit hochaufsprudelndem Springquell?  
dich auch, die du den Strom durchquerst, tiefgrundige Marcia,  
all seine Fluten in bleierner Röhre verwegen zerschneidend?  
Soll denn allein unterm jonischen Meere den Fluss der Eleer  
bis zum ätnäischen Hafen ein Pfad holdselig geleiten?  
Hat doch der Anio hier in den Grotten, entflohen dem Borne,  
leis unter nächtigem Weben die bläuliche Hülle gelöst und  
rieselt mit ringsum spielender Flut über biegsames Moos hin,  
um sich brandend in Teiche zu stürzen und sprühenden Sprunges  
weiterzuplätchern. Der Ruhe pflegt dorten im Schatten Tiburnus,  
gern auch badete Albula dort ihre schwefeligen Locken.  
Solch Sitz könnte die hainfrohe Göttin Egerien entfremden,  
könnte dem kalten Taygetos nehmen den Schwarm der Dryaden,  
könnte den Pan aus seinen lycäischen Wäldern herbeiziehn.  
Wahrlich! kündete nicht der tiryntische Tempel schon andre  
Sprüche, — die pränestinischen Schwestern begäben sich hierher.  
Soll ich die Gärten noch preisen, die gleich den alcinischen zwiefach

tragen im Jahre und niemals fruchtlose Zweige getrieben?  
Weichen muss hier des Telegonus, hier des laurentischen Turnus  
Flur, die lukrinischen Villen, des blutigen Antiphates Meerstrand,  
weichen der strahlenden Circe betrüglige Berge, belebt vom  
Heulen dulichischer Wölfe, und Anxurs trotzige Feste;  
weichen der Ort, den die fromme Matrone dem phrygischen Liebling  
dankt, das Gestade sogar, das in kürzeren Tagen dich heimwärts  
rufen wird, nimmer behelligt von winterlich sausendem Schneesturm.  
Hier überdenkst du mit sittlichem Ernste gewichtige Dinge;  
hier wohnt schaffende Rast, hier männliche Tugend mit heitrer  
Stirne, gedeihliche Pracht und im Aufwand bescheidene Freuden,  
die, sein geliebtes Athen und den traulichen Garten verlassend,  
selbst der gargettische Alte mit schmunzelnden Mienen begrüßte;  
hierher lohnt es im Dräun des ägäischen Meeres zu fahren,  
unterm Plejadengewitter und auch dem olenischen Sternbild;  
ja! wenn es gälte, dem malischen Kap, der sikulischen Brandung  
sich zu vertraun — warum nur verliert das uns nähere Gute?  
Tiburs Faune bestrickt deine Leier und selbst, den Alciden  
hier und, von grösseren Meistern im Liede geehrt, den Katillus,  
magst du, dem Genius folgend, im Sange dich messen mit Pindar,  
magst deine Saiten du spannen zum Heldengedicht oder magst du  
giftig in schwärzlichen Moder getauchte Satiren entsenden  
und — wenn die Fehde vorbei — dich in glänzenden Briefen  
versuchen.

Würdig der Güter des Midas und Krösus und persischer Schätze,  
sei mir gegrüsst ob der Gaben des Geists! Deine fruchtbaren Triten  
müsste mit gelblichen Ufern der Hermus sowohl wie der Tagus  
goldigen Sand absetzend durchziehn. So mögest du weiser  
Ruhe genießen und so, ganz frei von den Sorgen der Seele,  
über die Grenzen, ich flehs, nestorischen Alters hinausgehn!

---

## Balneolum Claudii Etrusci.<sup>1)</sup>

### I 5.

v. 10: „atque enumerare labora.“ Iunge<sup>2)</sup> cyathos (= diffunde numerum cyathorum: Theb. III 497; VII 99. Plin. Ep. IV 9, 10), puer (= minister: Hor. Carm. I 38, 1 et 6; III 19, 9 sq.; Epod. IX 33), „atque“ — si poteris — „enumerare labora“: equidem cum amico bacchaturus enumerare nolo.

v. 14: Primum totum hunc locum vitiatum mutilatumque ratus sum, cum e vèrbis „Clio procax vittis hederisque soluta fronde verecundo ludit Etrusco“ sensum elicere non possem. Austeræ enim Statii Musæ, ut lascivæ (v. 9) procax interesset potationi, fuerintne solvendæ vittæ hederæque an frons verecunda? Frons nempe verecunda! Non alba igitur vitta, sed purpurea<sup>3)</sup> designata est; qua de causa Clio, „fronde verecunda soluta, vittis (purpureis) hederisque (hilaribus) procax“<sup>4)</sup> evenit.

\* v. 39:

„quotque Tyri niveas secat et Sidonia rupes.“ „Quotque“ correxi, quam coniecturam ab archetypo paululo abhorrentem stare posse vix quisquam infitias ibit: sola nitet purpura, quæ (= marmor purpureum) primum decisa est Nomadum metallis, deinde quam (idem marmor) Attis cruentavit, tum quæ (= color purpureus vel conchylium, ostrum) Tyri et Sidone capta niveas secat rupes. Nuper enim negat Karsten<sup>5)</sup> marmor Tyrium Sidoniumque intelligendum esse; cui rei incrementum affertur, quia nusquam nisi Silv. I 2, 148 et 5, 39 vestigium eius exstat. cf. Klotz praef. pag. 84.

<sup>1)</sup> cf. I praef. 37 sq.; I 3, 43 sqq.; II 2, 17 sqq. Mart. Epigr. V 1: thermulae.

<sup>2)</sup> cf. Gron. Obs. II 3. Gaev. Pap. lect. comm. XXXVI 104, 17 sqq.

<sup>3)</sup> cf. II 7, 9 sqq.

<sup>4)</sup> cf. Hor. Carm. II 1, 37.

<sup>5)</sup> l. l. pagg. 345, 348.

## Balneolum Claudii Etrusci.

### I 5.

Non Helicona gravi pulsat<sup>1)</sup> chelys enthea plectro,  
nec lassata voco toliens<sup>2)</sup> mihi numina, Musas;  
et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhān;  
tu quoque muta ferae, volucer Tegeaeae, sonorae  
terga premas<sup>3)</sup>: alios poscunt mea carmina coetus.  
Naidas, undarum dominas, regemque corusci  
ignis adhuc fessum<sup>4)</sup> Siculaque incude rubentem  
elicuisse sat est. paulum arma nocentia, Thebae,  
ponite: dilecto volo lascivire sodali.  
Iunge, puer, cyathos atque enumerare labora  
cunctantemque intende chelyn; discede, Laborque  
Curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis  
balnea dumque, procax vittis hederisque, soluta<sup>5)</sup>  
fronde verecunda Clio mea ludit Etrusco.  
Ite, deae virides, liquidosque advertite vultus  
et vitreum<sup>6)</sup> teneris crinem redimite corymbis,  
veste nihil<sup>7)</sup> tectae, quales emergitis altis  
fontibus et visu Satyros torquetis amantes.  
Non vos, quae culpa decus infamastis aquarum,  
sollicitare iuvat; procul hinc<sup>8)</sup> et fonte doloso  
Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu  
flumina et Herculei praedatrix cedat alumni<sup>9)</sup>.  
Vos mihi, quae Latium septenaque culmina Nymphae  
incolitis Thybrimque novis attollitis undis,  
quas praeceps<sup>10)</sup> Anien atque exceptura natatus  
Virgo<sup>11)</sup> iuvat Marsasque nives et frigora ducens  
Marcia, praecelsis quarum vaga molibus unda

1) cf. I 2, 48. IV 8, 62. V 2, 19 sq.; 3, 209 sq.

2) cf. I 4, 19 sqq. V 3, 144.

3) cf. I 3, 91. II 4, 9.

4) cf. I 1, 23.

5) cf. I 2, 248 sq; 5, 13 sq. II 1, 26. V 3, 8 sqq.; 5, 28 sqq.

6) cf. I 3, 73, 85. II 2, 49; 3, 5. III 2, 16.

7) cf. Theb. IX 610.

8) cf. III 3, 13.

) cf. I 2, 199.

10) cf. I 3, 20 sqq.

11) cf. Plin. Nat. hist. XXXI 25.



crescit et innumero pendens transmittitur arcu, —  
vestrum opus adgredimur, vestra est, quam carmine molli  
pando domus. non unquam aliis habitastis in antris  
ditius. ipsa manus tenuit Cytherea mariti  
monstravitque artes; neu vilis flamma caminos  
ureret, ipsa faces volucrum succendit Amorum.  
Non huc admissae Thasos<sup>1)</sup> aut undosa Carystos<sup>2)</sup>  
maeret onyx<sup>3)</sup> longe, queriturque exclusus ophites<sup>4)</sup>:  
sola nitet flavis Nomadum decisa metallis  
purpura, sola cavo Phrygiae quam Synnados antro  
ipse cruentavit maculis lucentibus Attis<sup>5)</sup>  
quotque Tyri niveas secat et Sidonia rupes.  
Vix locus Eurotae<sup>6)</sup>, viridis cum regula longo  
Synnada distinctu variat. non limina cessant.  
Effulgent camerae, vario fastigia vitro  
in species animoque nitent. stupet ipse beatas  
circumplexus opes et parcius imperat ignis.  
Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis  
perforat atque alio sol improbus uritur aestu.  
Nil ibi plebeium; nusquam Temesea<sup>7)</sup> notabis  
aera, sed argento felix propellitur unda  
argentoque cadit labrisque nitentibus instat  
delicias mirata suas et abire recusat.  
Extra autem niveo qui margine caeruleus amnis  
vivit et in summum fundo patet omnis ab imo,  
cui non ire lacu pigrosque exsolvere amictus  
suadeat? hoc mallet nasci Cytherea profundo,  
hic te perspicuum melius, Narcisse, videres,  
hic velox Hecate velit et deprensa lavari.  
Quid nunc strata solo referam tabulata crepantis  
auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat  
aedibus et tenuem volvunt hypocausta vaporem?  
Nec si Baianis veniat novus hospes ab oris,

1) cf. Plin. Nat. hist. XXXVI 5.

2) cf. Plin. Nat. hist. IV 21; XXXVI 7.

3) cf. Plin. Nat. hist. XXXVI 12; XXXVII 24.

4) cf. Isid. De nat. rer. XVI 5.

5) cf. Il 2. 86 sq.; V 1, 223 sq. Paus. VII 17. Cat. Carm. LXIII 7.

6) cf. I 2, 148 sq.

7) cf. I 1, 41. Hom.  $\alpha$  184.

talia despiciet (fas sit componere magnis  
parva), Neronea nec qui modo lotus in unda,  
hic iterum sudare neget. macte, oro<sup>1)</sup>, nitenti  
ingenio curaque, puer! tecum ista senescant,  
et tua iam melius discat fortuna renasci!<sup>2)</sup>

### Das Zierbad des Claudius Etruscus.

Nicht an den Helikon schlägt der begeisterten Leier Gewaltton,  
nimmermehr ruf ich die göttlichen Musen, die häufig bestürmt;  
dich auch, Phoebus, entbiet ich zu eigenem Reigen und Euhan;  
lass, tegeäischer Gott, deiner klangreichen Schildpattlyra<sup>3)</sup>  
Wölbungen ruhen vom Spiel: mein Sang heischt andres Geleite.  
Wogengewiegte Najaden allein und der zuckenden Flammen  
Herrscher, erhitzt annoch und gerötet vom Sikulerambos,  
mir zu gewinnen genügt. Ein wenig verstumme dein Graunkampf,  
Theben; denn siehe, mich drängt es, dem herzigen Freunde zu  
schwärmen. —

Fülle mir Becher auf Becher, mein Knabe, und mühe dich zählend;  
stimme die müssige Laute! Es weiche mir Drangsal und Sorge,  
während ich preise das Bad, hellprangend im kostbaren Steinschmuck,  
während bebändert und rebenbekränzt meine lustige Klio,  
frei von der Zierde des ehrsamen Laubs, umscherzt den Etruscus.  
Hurtig, ihr blühenden Nymphen! schaut her mit den glänzenden  
Augen,

windet des Epheus schwankende Ranken ins schillernde Haar euch,  
ohne gewandet zu sein, wie ihr taucht aus den Tiefen der Quellen  
und euer blosses Erscheinen in Bann schlägt liebende Satyrn.  
Euch nicht, deren Vergehen den Ruhm der Gewässer entweihte,  
fleh ich um Beistand an; dich, trüglicher Salmacis-Sprudel,  
dich nicht, trauervertrockneter Strom der verschmähten Cebrenis,  
dich nicht, die du des Herakles Pflegling raubtest — enthebt euch!  
euch nur, ihr Nymphen von Latiums Höhn und den Hügeln, den  
sieben,

<sup>1)</sup> cf. I 3, 110. II 1, 83. III 4, 103. IV 8, 23.

<sup>2)</sup> cf. II praef. 5 sqq; I, 70; 3, 1, 15 sq. III 3, 154 sq.

<sup>3)</sup> cf. Heinze und Goette, Deutsche Poet. S. 181. praef. Hom. A 11, 14;  
Y 361, 475, 485, 492; O 122; ζ 8. Virg. Aen. II 68. Imhof, Lied von Theben  
II 727; IV 254, 298 etc.

die ihr mit frischem Geriesel die Wogen des Tiberis anschwellt,  
denen der Aniostruz und die bäderehaltende Virgo  
Freude gewährt und die marsischen Schneefrost rollende Marcia,  
wenn sich am ragenden Wehr auftürmt ihre wandernde Woge  
und auf zahllosen Bogen sodann hochschwebend einherrauscht —:  
euch gilt einzig mein Lied! euch sucht es im wohnlichen Heim hier  
schmeichelnden Klangs; o niemals habt ihr in anderen Grotten  
reicher gewohnt! Cytherea sogar hielt staunend des Gatten  
Hände, die Kunst ihm zu weisen; und dass im Kamine nicht mindre  
Glut sei, entfachte sie selber die Fackeln der flüchtgen Amoren.  
Thasischer Marmor ist gänzlich verpönt und gewellter Karystos,  
ebenso trauern Achat und Ophit in weiter Verbannung:  
purpurn erstrahlt das Getäfel aus braunen numidischen Brüchen,  
durchweg purpurn, was einst in den Schluchten des phrygischen

Synnas

Attis mit leuchtendem Blute gerötet, und ferner soviel an  
weissem Gesteine die Farben von Tyrus und Sidon durchkreuzen.  
Knapp der Eurotas hat Raum, der als grünliche Linie den Synnas  
scheidet in mächtige Felder. Nicht weniger prunken die Fliesen.  
Prachtvoll schimmert die Decke, des Kuppeldachs buntes Kristallglas  
spiegelt in lebenden Bildern, und staunend verringert, ins Anschau  
solchen Gepränges versunken, das Feuer sogar seine Leuchtkraft.  
Ringsum taghelles Licht, weil volleren Strahles die kecke  
Sonne, von anderer Wärme gebändigt, zum Giebel hereindringt.  
Nichts ist gewöhnlich hier; temesäisches Erz wirst du nirgends  
finden; aus Silber ergießt sich ein köstliches Nass und es strömt

auch

wieder in Silber zurück, sich in blinkenden Becken zu sammeln,  
höchlichst entzückt ob der eigenen Schönheit, und möchte nicht  
scheiden.

Draussen hingegen der bläuliche Strom, der in gleissenden Borden  
gleitet und tief bis zum Grunde vom obersten Spiegel zu schauen ist,  
wen wohl trieb er herniederzutauchen nicht an, von der lästgen  
Toga befreit? Hier wünschte sich Venus am liebsten geboren,  
deutlicher sähest du hier, Narziss, in der Tiefe dein Abbild,  
badete Hekate gerne, die Jägerin, spottend der Späher.  
Soll ich des Tennenparkets noch erwähnen, das prallendem Ballspiel  
nachdröhnt, während sich lauere Luft in der Halle verbreitet  
und mit gemilderter Kraft Dampfvolken entquirlen dem Heizherd? —  
Eben von Bajä komme der Gast: wird er doch dieses Kleinod

nimmer verachten — man lasse Geringes an GROSSEM mich messen; ja, wer jüngst in neronischem Wellenbad schwelgte, verschlängts nicht, hier zu erwärmen aufs neu. Heil, Freund, zu der schöpferisch hohen Blüte des Geists und der Umsicht! — Freue dich lang des Besitzes, und als ein schöneres Los entfalte dein Leben sich fortan!

### Arbor Atedii Melioris.<sup>1)</sup>

#### II 3.

v. 1: „opacet“. Platanus a Pane amoribus nymphae incitato posita erat Melioris aquas opacatura. (cf. h. c. v. 45).

v. 14: „Coelica tecta subit“. Adiectivum „Coelicus“ nusquam veterum scriptis probatur, sed docet Vollmer, initio Marklandianam ipse secutus coniecturam „Coelica tesca“, neutrum pluralis numeri „Coelica“ simili modo, quo IV 5, 56 „Hernica“ et V 3, 188 „Pontica“ novum a Statio allatum esse ita, ut substantivo „Coelica“ adiectivum „tectata“ (= remota) adiungere posset. „Tecta Coelica“ remota sunt intelligenda; nam nympha Jani belligerum nemus, atra rura Caci, agros Quirinales pererraverat, priusquam Coelio in monte consedit: „ibi demum . . . . . posuit“) se margine ripae.“

Quae ut negentur, — „Coelica (adiectivum) tecta“ (substantivum) probari debent fortasse, dicta pro Coelio monte, quem antiquitus habitatum<sup>3)</sup> auctores sunt Varro et Livius, ubi tum Atedio steterunt „aperti sine fraude lares“. Dimidiam vero harum difficultatum partem vitare posse mihi videor, si „tectam“ nympham distinguo a „suspensa“ nympha: primum fugā „suspensa“ per agros Quirinales fugit, dein „tectata“ subit Coelium vel Coelica.

\* v. 29 sq.:

„levique soporem

Naidos aversae fertur tetigisse sagitta.“

Sic scribo; sed diutius haerere cogor. Omnibus fere codicibus probatur:

<sup>1)</sup> cf. Mart. Epigr. II 69, 7, VI 28 et 29, VIII 38.

<sup>2)</sup> cf. I 2, 243.

<sup>3)</sup> De ling. Lat. IV 8. Hist. I 30 et 33.

„levaque soporem  
Naidos aversa fertur tetigisse sagitta“.  
Atque hos mittentes Matritensem in examen vocemus:

„levamque soporem  
Naidos aversa fertur tetigisse sagitta“.  
In „levamque“ altera manu „m“ expunctum est, quo pacto in ipsam rem paene intimam pervenire possumus, si „levaque“ in „levique“, „aversa“ in „aversae“ mutamus. Prorsus enim abiciendum est laevam (scil. manum) nymphae sagitta ictam esse, quam dea „una manu“ emiserat.

Haec est condicio: Diana mittit una manu telum, quod „soporem“ (en sapit Papinium!) Naidos tetigisse fertur. Et munitur firmo auxilio ea condicio, quoad sopore idem dicatur quod somno profundo, toto†) vel „torpente spiritu“.

Coniecerunt Itali viri docti in codicibus noviciis „laevumque“ (videl. soporem). Quibus adeo non adstipulor, ut fortiter obloquar. Minime enim sopor laevus (linker Schlaf, linke Schläfe = tempus laevum capitis, quae vox lexicis vigens usu haud probatur) sagitta — quantumvis mollem aversamque — feriri debuit.

Neque manus laeva neque sopor laevus nymphae tangitur, sed somnus (sopor) nymphae „aversae“, atque etiam „levi“ sagitta. Sagitta vero facile levis intelligenda est: cf. Ov. Met. II 414: et modo leve manu iaculum, modo sumpserat arcum. Accedit, quod Statius tota hac Silva Ovidianam Callistus metamorphosin renovare mihi videtur.

v. 39: Platanus „visu primaeva“, non „quam adspectu ipso viderent omnes admodum tenerae aetatis“ (Barth), sed quae „primaeva“ Pani circumspicienti grata obvenit.

v. 45: „tu saltem declinis ama; preme frondibus undam“: arbor declinis amet lymphas, i. e. inumbret frondosis comis; alterum igitur enuntiatum altero explanatur, quamobrem coniunctio „et“, quam Markland interiecit, delenda est (cf. Vollmer et Klotz). Deinde vero vota abrupta praedonis decepti veriora atque iucundiora sunt, quam ut corrigendi tantum cupiditate tollantur temere.

†) cf. I 3, 41.

v. 53: veteres (quia altius repetit Statius sermonem) animata calores“. Platanus re vera animata est veteribus caloribus vel veteres calores dei, qui „depositam“ iuxta fontem viva<sup>1)</sup> harena adgesta adpersit „aquis optatis.“

v. 57: „eluctata sub auras“. Arbor eluctatur „sub auras“ (i. qu. sub spiritum aquarum, v. 56), dum aquas ipsas tangit, unde „ingeniosa“ rursus enode levat cacumen.

v. 61: Rami antea gurgite nymphae fastidiosae exclusi odio remisso spirituque aquarum placato invitantur, i. e. imago frondibus responsat (cf. I 3, 18 sq.).

v. 74:

„quos pater Elysium, genetrix quos detulit annos“: annos, quos adepti, assecuti parentes ad manes abierunt. Vollmer, qui „Elysium“ pro „Elysio“ (Domitius) vel „Elysius“ scil. pater (Baehrens) suadet, scribit mihi ad hunc locum: „Ob ‚-o‘ oder ‚-um‘, kaum zu entscheiden, da beide Konstruktionen für Statius möglich. Paläographisch ‚-a‘ zu ‚-û‘ ein Haar leichter als zu ‚-o‘.“

### Arbor Atedii Melioris.

#### II 3.

Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacet  
arbor aquas complexa<sup>2)</sup> lacus, quae robore ab imo  
incurvata vadis redit inde cacumine recto  
ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis  
atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.  
Quid Phoebum tam parva rogem? vos dicite causas,  
Naides<sup>3)</sup>, et faciles, satis est, date carmina Fauni!  
Nympharum tenerae fugiebant Pana<sup>4)</sup> catervae;  
ille quidem it, cunctas tamquam velit, et tamen unam  
in Pholoen. silvis haec fluminibusque sequentis  
nunc hirtos gressus, nunc improba cornua vitat.

<sup>1)</sup> = umida, bibula; cf. IV 3, 54. Hor. Carm. I 19, 13; III 8, 4. Ov. Ep. XVIII 201. Virg. Georg. I 114.

<sup>2)</sup> cf. I 1, 2. IV 2, 24.

<sup>3)</sup> cf. I 5, 15 sqq.; 6, 1 sqq.

<sup>4)</sup> cf. Ov. Met. I 699 sqq.

Iamque et belligerum Iani nemus atraque Caci<sup>1)</sup>  
rura Quirinalesque fuga suspensa per agros  
Coelica tecta subit; ibi demum victa labore,  
fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti  
stant sine fraude lares, flavos collegit amictus  
artius et niveae posuit se margine ripae.  
Insequitur velox pecorum deus et sua credit  
conubia; ardenti iamiam suspiria librat  
pectore, iam praedae levis imminet. ecce citatos  
advertit Diana gradus, dum per iuga septem  
errat Aventinaeque legit vestigia cervae.  
Poenituit vidisse deam, conversaque fidas  
ad comites: „Nunquamne avidis arcebo rapinis  
hoc petulans foedumque pecus, semperque pudici  
decrescet mihi turba chori?“ sic deinde locuta  
depromit pharetra telum breve, quod neque flexis  
cornibus aut solito torquet<sup>2)</sup> stridore, sed una  
emisit contenta manu levique soporem  
Naidos aversae fertur tetigisse sagitta.  
Illa diem pariter surgens hostemque protervum  
videt et in fontem, niveos ne panderet artus,  
sic tota cum veste ruit stagnisque sub altis  
Pana sequi credens ima latus implicat alga.  
Quid faceret subito deceptus praedo? nec altis  
credere corpus aquis hirtae sibi conscius audet  
pellis et a tenero nandi rudis<sup>3)</sup>. omnia questus,  
immitem Bromium, stagna invida et invida tela,  
primaevam visu platanum, cui longa propago  
innumeraeque manus et iturus in aethera vertex,  
deposuit iuxta vivamque adgessit harenam  
optatisque adspergit aquis et talia mandat:  
„Vive diu nostri pignus memorabile<sup>4)</sup> voti,  
arbor, et haec durae latebrosa cubilia nymphae  
tu saltem declinis ama: preme frondibus undam!  
Illa quidem meruit, sed ne, precor, igne superno  
aestuet aut dura feriatur grandine; tantum

<sup>1)</sup> cf. Virg. Aen. VIII 199. Ov. Fast. I 551.

<sup>2)</sup> cf. Virg. Aen. V 497; XI 578. Ov. Ex P. II 9, 57; Met. XII 99.

<sup>3)</sup> cf. Auson. Op. X 183.

<sup>4)</sup> cf. I 1, 67. III 5, 98.

spargere tu laticem et foliis turbare memento!  
Tunc ego teque diu recolam dominamque benignae  
sedis et inlaesa tutabor utramque senecta,  
ut Iovis, ut Phoebi frondes, ut discolor umbra  
populus et nostrae stupeant tua germina pinus.“  
Sic ait. illa dei veteres animata calores  
uberibus stagnis obliquo pendula trunco  
incubat atque umbris scrutatur amantibus undas.  
Sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet  
nec patitur tactus; tandem eluctata sub auras  
libratur fundo rursusque enode cacumen  
ingeniosa levat, veluti descendat in imos  
stirpe lacus alia. iam nec Phoebeia Nais  
odit et exclusos invitat gurgite ramos.  
Haec tibi parva quidem genitili luce paramus  
dona, sed ingenti forsitan victura<sup>1)</sup> sub aevo.  
Tu, cuius placido posuere in pectore sedem  
blandus honos<sup>2)</sup> hilarisque tamen cum pondere virtus<sup>3)</sup>,  
cui nec pigra quies<sup>4)</sup> nec iniqua potentia nec spes  
improba, sed medius per honesta et dulcia limes,  
incorrupte fidem nullosque experte tumultus  
et secrete palam, quod digeris ordine vitam,  
idem auri facilis contemptor et idem  
comere divitias opibusque immittere lucem:  
hac longum florens animi morumque iuventa  
Iliacos aequare senes et vincere persta,  
quos pater Elysium, genetrix quos detulit annos:  
hoc illi duras exoravere sorores<sup>5)</sup>,  
hoc, quae te sub teste<sup>6)</sup> situm fugitura tacentem  
ardua magnanimi revirescit gloria Blaesi<sup>7)</sup>.

---

1) cf. IV 2, 3.

2) cf. I 3, 11.

3) cf. I 6, 91. II 2, 7.

4) cf. I 6, 91.

5) cf. IV 3, 145 sq.

6) cf. V 3, 227.

7) cf. II 1, 191, 201. Mart. Epigr. VIII 38, 9 sq.



### Der Baum des Atedius Melior.

Meliors klare Gewässer, des vornehmen Manns, zu beschatten, steht am Gestade des Sees ein Baum, der vom untersten Stamme dicht auf die Fluten geneigt, sich mit senkrechter Krone von dortab wieder erhebt, als entwüchs er dem Reiche der Wellen noch einmal, still mit verborgenen Wurzeln entsprosst in kristallener Tiefe.

Soll ich den Phoebus um Winziges bitten? Najaden, sagt ihr den Grund und verleiht mir ein Lied, es genügt, ihr gefälligen Faune! Liebliche Nymphen entflohen in hellem Geschwärme vor Pan einst; jener hingegen verfolgte, nach allen im scheinbaren Ansturm, Pholoë nur. Die sucht sich durch Wälder und Flüsse des Drängers struppigem Fuss zu entziehen und den keck sie bedrohenden Hörnern. Und schon erreicht sie des Janus, des schlachtengebietenden, Hain,  
schon

Kakus gespenstige Schlucht und in bebender Hast des Quirinus Hänge durcheilend den Coelius; dort, wo man heute des sanften Melior gastliche Laren erblickt, erst lässt sie, erschöpft vom Lauf und vom Schrecken gelähmt, ihre flammigen<sup>1)</sup> Kleider zusammenraffend, am Rande des schneeweiss glitzernden Ufers sich nieder. Blitzschnell folgt ihr der Herden Beschützer, die Bräutliche sein schon glaubend; mit brennender Brust schweratmend keucht er herbei jetzt, jetzt übermannt er die leichtliche Beute. — Da lenkt die geschwinden Schritte Diana heran, die gerade auf der Jagd in den sieben Hügeln der Spur nachgeht einer aventinischen Hirschkuh.

Was sie erschaut, hat die Göttin empört, und zur treuen Gefolgschaft

klagt sie gewandt: „Soll nimmermehr gierigen Raub ich verwehren solch frechgarstigem Vieh? soll stetig die Zahl sich verringern meiner mir züchtig ergebnen Gefährtinnen?“ Sprach und entnahm dem

Köcher ein kurzes Geschoss, das sie weder vom kräftig gespannten Bogen noch unter dem üblichen Schwirrlaut, sondern an einer Hand sich begnügend entsandte, sodass ihr leuchtender<sup>2)</sup> Pfeil die seitwärts gekehrte Najade aus schwerer Betäubung erweckte.

Die fährt auf und erkennt gleichzeitig das Licht und den wilden Gegner und wirft, wie sie ist, in den Quell sich mit allen Gewändern,

<sup>1)</sup> der Farbe nach: gelblich.

<sup>2)</sup> als Ornans epitheton der Mondgöttin.

nicht ihren schneeigen Leib preisgeben zu müssen, und duckt sich, wähnend, ihr folge der Gott, in die untersten Algen des Grundes. Was hinterbleibt unserm Schnapphahn, jäh überlistet? Dem tiefen Wasser vertraut er den Körper nicht an, seines borstigen Felles zag sich bewusst und von kleinan im Schwimmen ein Töpel:

den strengen

Bromius, alles verwünschend, die neidische Flut und Dianen, pflanzt er, soeben erblickt, eine junge Platane mit langem Setzling, unzähligen Zweigen und himmelanstrebendem Wipfel dorthin und trägt frischduftige Erde herbei und besprengt sie drauf mit dem Nass, das er sehnlichst begehrt, unter folgendem

Weihspruch:

„Grüne, ein dauernd gemahnendes Pfand meines heissen Verlangens, Baum, und verehere denn du dies heimliche Lager der harten Nymphe, hinüber dich weitaus beugend: beschatte die Wellen! Zwar hat es jene verdient, doch ich bete, sie möge im Feuer nimmer der Sonne vergehn oder fährlichen Hagelschlag dulden; du nur berühre den Spiegel und tauche gedenkend dein Laub ein! Dann will ich dich und die Herrin der freundlichen Stätte gar lange hegen und beide mit niemals welkendem Alter euch schirmen, dass deine Sprossen des Zeus und Apollon Baum und mit zwiefach farbigem Laube die Pappel bestaunen und auch meine Föhren.“  
Sprachs und verstummte. Beseelt von der früheren Liebe des

Gottes,

breitet sich jene mit wagerecht schwebendem Stamm übers reichlich strömende Wasser und hascht nach den Wellen mit schmeichelnden

Blättern.

Aber erhofft sie Umarmungen auch, wehrt dennoch der Flutwind jedes Berühren ihr schroff, bis sie schliesslich, im Wehen gewachsen, unten im Grund Fuss fasst und von neuem und ohne Verzweigung sinnig das Haupt hebt, gleichsam als wenn sie mit anderem Stamme tief in den See reicht. Nimmer verschmäht sie die Nymphe

der Phoebe

jetzt noch und winkt den zuvor wildstrudelnd verwiesenen Ästen. Dieses an sich nur geringe Geschenk will ich dir zum Geburtstag widmen, und doch überdauerts den Wandel der Zeiten vielleicht einst.

Du, dessen ruhige Seele der Zauber gewinnenden Ansehns und eine heitre, gewichtige Tugend zum Sitz sich erkoren, der untätige Musse nicht kennt, noch gesetzlose Macht, noch

frevelndes Hoffen und nur auf dem ebenen Pfade des Guten wandelt und Schönen, in biederer Treue und Stille dem Lärm des Tages entrückt, da du schlicht in geordneter Weise dahinlebst, leichter Verächter des Goldes zugleich und zugleich auch des Reichtums

trefflichster Mehrer, sofern du das rollende Geld unters Volk bringst: lange genieße die jetzige Frische des Geists und Charakters, gleiche den ilischen Greisen! gefeit überhole die Jahre, die ins elysische Reich dir den Vater, die Mutter geleitet! Flehten um dieses Gewähren doch beide die grausamen Schwestern, darum des edelen Bläsus erhabene Seele, die — Dank dir! — schweigender Ruh des Vergessens bestimmt zu entgehn, wieder auflebt.

---

### Psittacus<sup>1)</sup> Atedii Melioris.

#### II 4.

v. 10: „non soli celebrant sua funera cygni“, cum etiam psittacus moriturus murmura verbaque monstrata<sup>2)</sup> vel meditata<sup>3)</sup> reddiderit.

v. 14: „et querulae iam sponte fores“. Strident limina cornu psittaci, strident fores augusti, „sponte“ iam vero „querulae“<sup>4)</sup>, cum convicia<sup>5)</sup> ipsa mortua sint.

Tectum „augustum“ est, non „angustum“, quia v. 11 „magnum“ vocatum est: „at tibi quanta domus!“

Constat igitur psittacum Melioris ampliore carcere usum esse; quare fieri non potest, quin „augustus“ fuerit. Quod hic domus loco „carcer“ obcurrit, nihil attinet, sed re ipsa petitur quodammodo; adde quod Statius, bene recordatus ex „carcere“ vocem mediam, ut dicunt, sibi efficiendam esse, „beatum“ eum vocat.

---

1) cf. Plin. Nat. hist. X 58. Ov. Am. II 6. Cat. Carm. I 2.

2) cf. I 4, 108. II 1, 123; 5, 1. IV 2, 3. V 2, 128; 3, 6, 181, 237; 5, 82.

3) cf. II 1, 74. Ov. Am. II 6, 24.

4) cf. Queck, P. Papinii Statii Silv. praef. XVI 22 sq. Ov. Fast. III 642; Med. fac. fem. 77.

5) cf. Ov. Met. V 676. Auson op. II 5, 5 sq.

## Psittacus Atedii Melioris.

### II 4.

Psittace, dux<sup>1)</sup> volucrum, domini facunda voluptas<sup>2)</sup>,  
humanae sollers imitator<sup>3)</sup>, psittace, linguae,  
quis tua tam subito praeclusit murmura fato?  
Hesternas, miserande, dapes moriturus inisti<sup>4)</sup>  
nobiscum, et gratae<sup>5)</sup> carpentem munera mensae  
errantemque toris mediae plus tempore noctis  
vidimus. adfatus etiam meditataque verba  
reddideras. at nunc aeterna silentia Lethes<sup>6)</sup>  
ille canorus habes. cedat Phaëthontia<sup>7)</sup> vulgi  
fabula: non soli celebrant sua funera cygni.  
At tibi quanta domus rutila testudine fulgens  
conexusque 'ebori virgarum argenteus ordo  
argutumque tuo stridentia limina cornu  
et querulae iam sponte fores! — vacat ille beatus  
carcer et augusti nusquam convicia tecti!  
Huc doctae stipentur aves, quis nobile fandi<sup>8)</sup>  
ius Natura dedit: plangat Phoebus ales<sup>9)</sup>  
auditasque memor penitus dimittere voces  
sturnus<sup>10)</sup> et Aonio versae certamine picae<sup>11)</sup>,  
quique refert iungens iterata vocabula perdix<sup>12)</sup>,  
et quae Bistonio queritur soror<sup>13)</sup> orba cubili —  
ferre simul gemitus cognataque ducite flammis  
funera et hoc cunctae miserandum addiscite carmen:  
„Occidit aeriae celeberrima gloria gentis  
psittacus, ille plagae viridis regnator Eoae;

1) cf. III 2, 104; 5, 111. IV 3, 130; h. c. v. 24.

2) cf. Theb. V 578.

3) cf. II 3, 70; h. c. v. 25, 29; 5, 7. Ov. Am. II 6, 1.

4) cf. I 6, 48.

5) cf. II 3, 15.

6) cf. II 6, 100. Cat. Carm. III 11.

7) Cygni fabula (Ov. Met. II 367 sqq.). Mart. Epigr. XIII 77, 2.

8) cf. I 2, 247. V 3, 89 sqq.

9) cf. Plin. Nat. hist. X 15. Ov. Met. II 544.

10) cf. Plin. Nat. hist. X 35. Mart. Epigr. IX 55.

11) cf. Plin. Nat. hist. X 49. Mart. Epigr. XIV 76 sq. Ov. Met. V 299.

12) cf. Ov. Met. VIII 237 sqq.

13) cf. Plin. Nat. hist. X 43. Ov. Met. VI 451 sqq.

quem non gemmata volucris Iunonia<sup>1)</sup> cauda  
vinceret adspectu, gelidi non Phasidis ales<sup>2)</sup>,  
nec quas humenti Numidae rapuere sub austro<sup>3)</sup>.  
Ille salutator regum nomenque locutus  
Caesareum et queruli quondam vice functus amici,  
nunc conviva levis monstrataque reddere verba  
tam facilis; quo tu, Melior dilecte, recluso<sup>4)</sup>  
nunquam solus eras. at non inglorius umbris  
mittitur: Assyrio cineres adolentur amomo  
et teneres Arabum respirant gramine<sup>5)</sup> plumae  
Sicanisque crocis<sup>6)</sup>, senio nec fessus inerti  
scandet odoratos phoenix<sup>7)</sup> felicior ignes.“

### Der Sittich des Atedius Melior.

Sittich, du König der Vögel, beredtes Gespiel deines Meisters,  
der du die menschliche Sprache geschickt nachbildetest, Sittich,  
welches Verhängnis liess dein Geplauder so plötzlich verstummen?  
Gestern noch teiltest du, Ärmster, dem Tode verfallen, in unsrer  
Mitte das Mahl, und wir sahn dich die Gaben der gastlichen Tafel  
nehmend von Polster zu Polster hinhüpfen bis lange nach Mitternacht.  
Rufe sogar und gelehrig begriffene Worte verstandst du  
wiederzugeben; doch nun, Stimmreicher, verharrst du in Lethes  
ewigem Schweigen. Es schwinde dahin das geläufige Märchen  
Phaëtons: nicht mehr als einzge besingen ihr Sterben die Schwäne.  
Ach, wie geräumig dein Käfig mit rötlich erstrahlendem Golddach;  
silbern die Runde der zierlich in Elfenbein fussenden Sprossen,  
gleichwie das Pflörtchen, das schrillend erklang unterm Wetzeln des  
Schnabels,  
und die umsonst jetzt knarrenden Angeln — das frohe Gefängnis  
trauert verlassen, und tot ist der Schreier des prächtigen Häuschens!  
Scharet euch, wissende Vögel, zuhauf hier, denen der Rede

1) cf. Plin. Nat. hist. X 22, 23.

2) cf. Plin. Nat. hist. X 67. Heder. Reall. pag. 2202, 35. Silv. I 6, 77.

3) cf. Plin. Nat. hist. X 67. Silv. I 6, 78.

4) cf. hs. c. v. 5 sq.

5) cf. V 3, 43.

6) cf. V 3, 41 sq.

7) cf. III 2, 114. Plin. Nat. hist. X 2.

glänzende Gabe verliehen: es klage der Rabe Apolls, der Star, der vernommene Laute behütet mit treuem Gedächtnis, und die im Streit mit den Musen verwandelt erschaffenen Elstern; ferner das gackernd die Silben gedoppelt verbindende Rebhuhn und die den Raub der bistonischen Ehe beseufzende Schwester — zeigt eure Trauer zugleich und geleitet den toten Genossen alle zur Scheiter und lernet hinzu dies bangende Wehlied:  
„Hin ist der Sittich, der leuchtende Ruhm der Bewohner der Lüfte,  
jener smaragdene Herrscher der fernen eischen Lande,  
dem der junonische Pfau mit dem edelsteinschimmernden Schweif an  
Schöne nicht gleichkommt, noch der Fasan aus dem frostigen  
Phasis,

oder numidische Hühner, erbeutet im feuchtenden Südwind.  
Er, der die Fürsten geziemend begrüsst und den Namen des Kaisers sprach und zuweilen die Rolle des eifernden Freundes vertreten, oder als loser Kumpan mit Geschick die gewiesenen Worte plapperte; den du, geliebtester Melior, lösen nur durftest, um nicht verlassen zu sein. Aber ruhmlos geht er mitnichten heim zu den Schatten: assyrischer Balsam umloht seine Leiche, und, von arabischen Kräutern geziert und sikanischem Safran, duftet sein zartes Gefieder, und nimmer<sup>1)</sup> besteige<sup>2)</sup> der Phönix, matt vom ermüdenden Alter, sein Scheitergepränge mit mehr Glück!“

---

### Leo mansuetus Imperatoris.

#### II 5.

v. 1: „monstrata“ (non „constrata“, quod Domitius commendat) ira mansuevit leo; respicias quaeso antitheta: monstraverat olim iram natura insitam, nam „doctus“ (peritus) erat altarum ferarum vastator;<sup>3)</sup> nunc mansuevit, scelere humanaque caede desuefactus imperiumque passus et domino minori parens.

Tantum non deliberavi, „ira monstrata“ eane fuisset ira, quam magister domiturus monstrabat leoni, ut metu conterritus consuesceret; sed abest aliquantum ira a severitate, utiturque

<sup>1)</sup> cf. Sebicht, P. Papinius Stadius Silvae, II 11 (5) 36 sq.

<sup>2)</sup> für das lat. Fut. des Vergleiches.

<sup>3)</sup> cf. Theb. VII 565 sq. Virg. Aen. IX 771 sq. Ov. Met. XI 395 sq. Mart. Epigr. I 22, 2.

Papinius in Silvis voce „monstrare“<sup>1)</sup> crebrius, quam ut de vi eius dubitari possit; cf. adn. a. II 4, 10 hs. opusc.

„Manus inserta“<sup>2)</sup> i. e. rictui leonis imposita.

v. 12 sq.: „et clausas circum undique portas  
hoc licuisse nefas placidi tumuere leones.“

Hunc locum ita interpreto, ut leones „pone“ (altera scil. ex parte: ad) portas collocati sint, quia morituri demum portis patefactis arenam introire solebant; caveae vero „undique circum harenam“ positae erant, cuius formam circuitu imitabantur. Post hoc quamquam eis, quae Markland<sup>3)</sup> de verbo „timere“ profitetur, silentio assentiri nequeo, nihilo minus „tumere“ adsciscere cogor, praesertim cum non habeam, unde argumenter ex „timere“ accusativum cum infinitivo pendere. „Tument“ ergo leones „placidi“ (i. qu. domiti) tale nefas licuisse, i. e. vastatorem doctum ferarum altarum „fugiente fera“ vinci potuisse.

Ceterum quae vel qualis fuerit „fugiens“ illa fera, sine ulla dubitatione definire non ausim, sed paene opinor anguem fuisse, qui eodem fere sensu „lubricus“<sup>4)</sup> appellatur, si quis omnino speciem ferae significari vult. Ictu (v. 16) hac in re discrimen fieri nego, quod cum aliarum est bestiarum tum serpentium.<sup>5)</sup>

v. 15: „et totas duxere in lumina frontes.“ „Limina“ codicis Vratislaviensis per se admodum sunt probabilia: postquam iubae leonum cecidere, i. e. postquam ira cecidit<sup>6)</sup>, pudet eos relatum adspicere et „totas frontes“<sup>7)</sup> (i. qu. oculos, capita), quippe quae tristitiae, hilaritatis, clementiae, severitatis sint indices vel, ut ait Cicero, ianuae animorum<sup>8)</sup>, in „limina“ ducunt (i. qu. ostium<sup>9)</sup>, quo tenentur carceris), contumelia ipsi quoque fracti.

„Totas frontes“. „Totus“ et „omnis“, diversae per se voces<sup>10)</sup>, interdum confunduntur, ut altera compensetur altera<sup>11)</sup>.

1) cf. III 3, 39; V 3, 59. Plaut. Bacch. 133.

2) cf. Mart. Epigr. II 75, 2.

3) Nott. ad. Stat. Silv. II 5, 13.

4) Virg. Aen. V 84. Lucr. De rer. nat. IV 58.

5) cf. Sen. De ira I 16. Ov. Met. IV 499. Gesn. Thes. I pag. 822, 41.

6) cf. Ov. Am. II 13, 4. Luc. Phars. IV 284.

7) cf. Cic. Att. IV 14.

8) De pet. cons. XXXII 11.

9) cf. I 5, 41; II 4, 13. Cic. Disp. Tusc. V 5, 13. Virg. Aen. IV 473.

10) cf. Gesn. Thes. II pag. 824, 14 sqq.

11) cf. Theb. I 81. Virg. Aen. II 750 sq.

Sed „totas frontes“ eo modo intelligam, ut leones frontibus „plena limina“ tetigerint<sup>1)</sup>, quod ipsa ex re haustum atque expressum mihi videtur. Neque tamen altera illa interpretatio neglegatur Matritensi munita probabilisque Homerum imitando, secundum quam leones frontes (i. e. cutem frontium, *ἐπιστόρνιον*) in „lumina“<sup>2)</sup> ducunt.

\* v. 28: „en litore Rheni.“ Sic propono, sic legi voluerim pro eis, quae inveniuntur in editionibus<sup>3)</sup>. Quae coniectura Statio digna mihi videtur esse, qui talibus libenter indulgeat artificiis, Domitiano laudes cumulans. Neque alia facile elici potuit occasio, unde belli illius Germanici<sup>4)</sup> ab imperatore ipso celebrati ampliore triumpho insignior atque perplexior fieret mentio.

„En (scil. de) litore Rheni et Pharia de gente“; cf. Mart. Epigr. XI 50, 4: Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis.

v. 30: „Tangere“ ora<sup>5)</sup> magni Caesaris, i. qu. animum magni Caesaris vel magnum ipsum Caesarem tangere.

## Leo mansuetus Imperatoris.

### II 5.

Quid tibi monstrata mansuescere profuit ira?  
quid scelus humanasque animo dediscere caedes  
imperiumque pati et domino parere minori?  
quid, quod abire domo rursusque in claustra reverti  
suetus et a capta iam sponte recedere praeda?<sup>6)</sup>  
insertasque<sup>7)</sup> manus laxo dimittere morsu?  
Occidis, altorum vastator docte ferarum,  
non grege Massylo<sup>8)</sup> curvaque indagine clausus,

1) cf. I 5, 41. Hor. Carm. II 7, 12.

2) cf. Hom. P 136.

3) Ed. pr., Matr., Dom., Rhed., Vollm. (cf. comm. pag. 364, 28): „in“. Baehr.: „ab“. Barth, Dubn., Klotz, Markl., Queck: „et“.

4) cf. I 1, 50 sq.; 4, 89. III 3, 168. IV 2, 66 sq.; 4, 95 sq. Ach. I 18 sq. Theb. I 17 sqq.

5) cf. Prop Eleg. V 11, 58.

6) cf. III 3, 74 sq. Mart. Epigr. I 14, 3 sqq.; 104, 15 sqq.

7) cf. Mart. Epigr. II 75, 2.

8) cf. Theb. II 675 sqq.; V 332.



non formidato supra venabula saltu  
incitus aut caeco foveae deceptus hiatu,  
sed victus fugiente fera. stat cardine aperto  
infelix cavea, et clausas circum undique portas  
hoc licuisse nefas placidi tumuere leones.  
Tum cunctis cecidere iubae<sup>1)</sup> puduitque relatum<sup>2)</sup>  
adspicere et totas duxere in lumina frontes.  
At non te primo fusum novus obruit ictu  
ille pudor: mansere animi virtusque cadenti  
a media iam morte redit<sup>3)</sup>, nec protinus omnes  
terga dedere<sup>4)</sup> minae.<sup>5)</sup> sicut sibi conscius alti  
vulneris adversum moriens it miles in hostem  
adtollitque manum et ferro labente minatur:  
sic piger ille gradu solitoque exutus honore  
firmat hians oculos animamque hostemque requirit.  
Magna tamen subiti tecum solatia leti,  
victa, feres, quod te maestis populusque patresque,  
ceu notus caderes tristi gladiator harena,  
ingemuere mori; magni quod Caesaris ora  
inter tot Scythicas Libycasque, en litore Rheni  
et Pharia pe gente feras, quas perdere vile est,  
unius amissi tetigit iactura leonis.

### Der zahme Löwe des Kaisers.

Wozu wurdest du zahm, der du früher so grimm dich er-  
wiesest?

wozu standest du ab von dem grausamen Morde des Menschen,  
lerntest ertragen sein Joch und dem schwächeren Meister gehorchen?  
wozu wardst du gewöhnt, deinen Kerker zu meiden und wieder  
ihn zu betreten und gern dich ergriffenen Raubs zu begeben  
und die dich neckende Hand mattbeissend fahren zu lassen?  
Sterben ist dennoch dein Schicksal, kundger Verheerer des Hochwilds,  
nicht von massylischer Schar mit geschlossenem Treiben umzingelt,

<sup>1)</sup> cf. Theb. II 778.

<sup>2)</sup> cf. Virg. Aen. XI 623.

<sup>3)</sup> cf. V 1, 172.

<sup>4)</sup> cf. II 6, 93 sq. Ov. Met. VII 73.

<sup>5)</sup> cf. II 2, 148.

nicht in gefürchtetem Sprung auf den Jagdspieß jählings getroffen,  
oder getäuscht von dem blind überschauelten Schlunde der Grube,  
sondern besiegt durch ein flüchtiges Tier<sup>1)</sup>. Mit geöffnetem Tor steht  
trauernd dein Zwinger, und rings um die sämtlich geschlossenen  
Pforten

grollen, dass solch eine Schmach sich ereignet, die friedlichen Löwen.  
Bald jedoch senkten die Mähnen sich all, bei des Weichenden Anblick  
ziehen sie schamüberwunden bis tief in die Augen die Stirnhaut.<sup>2)</sup>  
Dich aber drückt, vom Angriff starr, die befremdliche Scham nicht  
nieder: es blieb dir der Mut, und die Tapferkeit kehrte vom halben  
Wege des Todes zurück dir im Stürzen; das furchtbare Aussehn  
war noch nicht gleich und nicht gänzlich geschwunden, wie wenn  
sich der schweren

Wunde der sterbende Krieger bewusst, geradan auf den Feind dringt  
und die erhobene Faust ihn bedroht mit entgleitendem Schwerte:  
so faucht jener erlahmenden Schritts und der einstigen Würde  
bar und mit brechenden Augen und schnappt nach Luft und dem  
Gegner.

Gleichwohl bleibt dir, Besiegter, ein herrlicher Trost deines schnellen  
Todes, dieweil der Senat und das Volk dein Schicksal, als wärest du  
in der verruchten Arena, ein rühmlicher Fechter, gefallen,  
trauergeschüttelt beklagte, dieweil den erhabenen Kaiser  
zwischen so vielem Getier aus Scythien, Libyen, selbst vom  
Strande des Rheins und des pharischen Volks, das zu missen nicht  
schwer hält,  
just seines einzigen Löwen Verlust so schmerzlich berührte.

---

### Lyricum carmen ad Septimum Severum.

#### IV 5.

v. 8: „in<sup>3)</sup> Zephyros Aquilone fracto“. Praeter cetera  
hoc Buecheleri duco ingeniosum, probabile, insigne, praesertim  
cum ordinem atque rationem, quibus carmen totum procedit, ap-  
tissime servet: iam concessit trux hiems Arctos ad Parrhasias altis  
solibus obruta, iam renident pontus ac tellus Aquilone „in“ Zephy-

<sup>1)</sup> cf. Sebicht, P. Papinius Staius Silvae, II 11 (5) 11 sqq.

<sup>2)</sup> od.: neigen sie schamüberwunden bis tief auf den Boden die Häupter.

<sup>3)</sup> cf. II 6, 42 („in“, non „iam“).

ros fracto<sup>1)</sup>). Ter enim „iam“ repetitum tota carminis pro amoenitate auditu tetricius fore quis est, qui neget?

v. 16: „quom modo ferbuerat“. Dicit Staius vinum multam in vetustatem (nonum in annum) a se, qui parvi beatus sit raris honoribus, reservari non posse.

v. 33: „in omni vertice Romuli“: tota Urbe. De Iuturna cf. Smith, Dictionary II pag. 772.

v. 41 sq.: „parvus<sup>2)</sup> inter pignora“: puer inter pueros. „Artae“<sup>3)</sup>; hoc verbum in codice Matritensi ipso sine lacuna omissum est, neque habeo, quod melius inter „contentus“ et „lumine“ inculcem, potissimum postquam compluribus locis operam dicavi huc spectantibus: Silv. III 2, 124 (IV 3, 19); V 2, 18. Vell. Pat. Hist. Rom. II 88, 2. Ov. Trist. IV 10, 35.

v. 47 sq.: Hic locus a Roehrerio<sup>4)</sup> interpretando ita expressus est: „Und unter den Römern sind nun Bürger, die Libyen zieren könnten“; non bene me quidem iudicante; nam sic cognitum habeo: Septimius Lepti natus Poenorum sermone (v. 45), habitu (v. 45), mente (v. 45) neglectis vir vere evenit Romanus; qui Libyam illam detestatam alumni deceant — quot contra inveniuntur ipsa in Urbe turmisque Romanis!

v. 58: „passim“. Hic (nunc paternis in sedibus et solo Veiente, nunc frondosa supra Hernica, scil. saxa<sup>5)</sup> vel iugera, nunc Curibus vetustis) plura pones vocibus modisque solutis<sup>6)</sup> „passim“, interim „ingemina“<sup>7)</sup> barbiton vincta vocis pede<sup>8)</sup>.

---

<sup>1)</sup> cf. I 3, 7. III 2, 42. Plin. Sec. Ep. II 17.

<sup>2)</sup> cf. IV 7, 45.

<sup>3)</sup> cf. IV praef. 17 sq.

<sup>4)</sup> Auswahl einiger Silven des Staius in gebundener und ungebundener Uebersetzung; cf. etiam Sebicht, P. Papinius Staius Silvae, IV 23 (5), 47 sq.

<sup>5)</sup> cf. Sil. It. Pun. IV 226 sq. Virg. Aen. VII 683 sq.

<sup>6)</sup> cf. I 4, 28 sq.; V 3, 102.

<sup>7)</sup> non „ingeminas“, quia v. 57 „pones“ uno constanter codicum ore servatur.

<sup>8)</sup> cf. II 7, 22.

**Lyricum carmen ad Septimium Severum.**

**IV 5.**

Parvi beatus<sup>1)</sup> ruris honoribus<sup>2)</sup>  
qua prisca Teucros Alba colit lares,  
fortem atque facundum Severum  
non solitis fidibus saluto.

Iam trux ad Arctos Parrhasias hiems  
concessit<sup>3)</sup> altis obruta solibus,  
iam pontus ac tellus renident<sup>4)</sup>  
in Zephyros Aquilone fracto.

Nunc cuncta veris frondibus annuis  
crinitur arbor, nunc volucrum novi  
questus inexpertumque carmen,  
quod tacita statuere bruma.

Nos parca tellus pervigil et focus<sup>5)</sup>  
culmenque multo lumine sordidum  
solantur exemptusque testa,  
quom modo ferbuerat, Lyaeus.

Non mille balant<sup>6)</sup> lanigeri greges,  
nec vacca dulci mugit adultero<sup>7)</sup>,  
uniquae siquando canenti  
mutus ager domino<sup>8)</sup> reclamat.

Sed terra primis post patriam mihi  
dilecta curis; hic mea carmina  
regina bellorum virago  
Caesareo peramavit auro,

cum tu sodalis dulce periculum  
conisus omni pectore tolleres,

---

1) cf. Hor. Carm. II 18, 14. Mart. Epigr. I 55, 7.

2) cf. Hor. Carm. I 17, 16; Sat. II 5, 13.

3) cf. Theb. VII 286.

4) cf. Theb. XII 287.

5) cf. I 2, 225. Theb. III 740; XIII 266.

6) scil. mihi.

7) cf. I 2, 135, 222 sq. II 1, 152.

8) cf. I 2, 222 sqq.

ut Castor ad cunctos tremebat  
Bebryciae strepitus harenae.

Tene in remotis Syrtibus avia<sup>1)</sup>  
Leptis creavit? iam feret Indicas  
messes odoratisque rara  
Cinnama<sup>2)</sup> praeripiet Sabaeis.

Quis non in omni vertice Romuli  
reptasse<sup>3)</sup> dulcem<sup>4)</sup> Septimium putet?  
quis fonte Iuturnae<sup>5)</sup> relictis  
uberibus neget esse pastum?

Nec mira virtus: protinus Ausonum  
portus vadosae nescius Africae  
intras adoplatusque Tuscis  
gurgitibus puer innatasti.

Hinc parvus inter pignora curiae<sup>6)</sup>  
contentus artae lumine purpurae  
crescis, sed immensos labores<sup>7)</sup>  
indole patricia secutus.

Non sermo Poenus, non habitus tibi,  
externa non mens: Italus, Italus.  
Sunt Urbe Romanisque turmis,  
qui Libyam deceant alumni!

Est et frementi vox hilaris foro,  
venale sed non eloquium tibi,  
ensisque vagina quiescit;  
stringere ne iubeant amici!

Sed rura cordi saepius et quies,  
nunc in paternis sedibus et solo

---

<sup>1)</sup> cf. I 3, 89.

<sup>2)</sup> cf. I 2, 222 sqq.

<sup>3)</sup> cf. I 2, 262; II 1, 98; 7, 37; IV 8, 29; V 5, 83. Ach. I 476 sq. Theb. IV 794; IX 620 sq.

<sup>4)</sup> cf. II 7, 36 sq.

<sup>5)</sup> cf. Virg. Aen. XII 138 sqq.

<sup>6)</sup> cf. IV 4, 76 sq.

<sup>7)</sup> cf. V 1, 109; 2, 45.

Veiente, nunc frondosa supra  
Hernica, nunc Curibus vetustis.

Hic plura pones vocibus et modis  
passim solutis, sed memor interim  
nostri verecundo latentem  
barbiton ingemina sub antro!

### **Lyrisches Gedicht an Septimius Severus.**

Durch kleinen Landguts wertes Geschenk beglückt,  
wo Alba lang schon teukrische Laren ehrt,  
begrüss ich ungewohnten Klangs den  
tapfren, beredten Severus heute.

Schon wich der wilde Winter zum Siebenstern,  
vom hohen Stand der Sonne verschüchtert ganz,  
schon schimmern Meer und Erde wieder,  
und zum Gesäusel erstarb der Nordsturm.

Nun schmückt sich jeder Baum mit des Lenzes Laub,  
das jährlich wiederkehrt, nun erschallt aufs neu  
der Vöglein tiefeheimliches Klaglied,  
das sie im Schweigen des Frosts ersannen.

Mich freut mein schlichter Sitz und der Herd, der nie  
verlöscht, und das vom Rauche geschwärzte Dach  
und frisch verzapfter Sorgenbrecher,  
wenn er noch eben im Krug gegoren.

Mir blöken tausend wollige Herden nicht,  
brüllt keine Kuh nach ihrem verliebten Freund,  
und nur das leere Feld gibt Antwort,  
stimmt sein Gebieter ein einsam Lied an.

Und doch ist nächst der Heimat mir dieses Land  
besonders traut; hier hat meines Sanges Kunst  
der Schlachten kriegerische Göttin  
liebend cäsarischen Golds gewürdigt,

zur Zeit, da du die lockende Fährlichkeit  
mit aller Kraft zu nehmen mir suchtest, Freund,

wie Kastor einst erschreckt bei jedem  
Ton des bebrycischen Faustkampfes bebte.

Das öde Leptis weithin am Syrtenstrand  
hat dich geboren? — Dann wirds die Ernten auch  
der Inder zeitgen und Sabäas  
seltene Zimmet für sich begehren.

Wer zweifelt, dass auf jeglichem Hügel Roms  
Septimius als Knabe gekrochen sei,  
dass er, der Mutterbrust entzogen,  
sich an juturnischem Quell erquickte?

Kein Wunder solche Tugend: betratst du doch,  
noch unverderbt vom tückischen Afrika,  
Ausoniens Häfen schon als Kind, den  
tuskischen Tümpeln sogleich willkommen.

Im Kreis der Rittersöhne erwuchsest dann  
mit schmalem Purpurstreifen zufrieden du  
zum Jüngling, doch betriebst du grössre  
Dinge, patrizischem Vorbild folgend.

In Wort und Kleidung bist du nicht punisch, nicht  
von fremdem Sinn durchdrungen: ein Römer ganz;  
und doch birgt Rom und Romas Heermacht  
Leute, die Libyens Schule zierten!

Dem lauten Forum tönt deine Stimme mild,  
ob käuflich nimmer deine Beredsamkeit,  
und in der Scheide ruht die Klinge;  
wehe! wenn Freunde ihr Zücken fordern. —

Oft freilich ziehst du ländliche Ruhe vor  
auf deiner väterlichen Beszung bald  
bei Veji, bald am waldgen Hang des  
Hernikus oder im alten Kures.

Dort wirst du durcheinander im Prosastil  
gar viel Gewichtges schreiben, doch manchmal auch  
gedenke mein und lass in keuscher  
Grotte die feiernden Saiten rauschen!

---

## Ad Vibium Maximum<sup>1)</sup>.

### IV 7.

\* v. 1 sqq.: „sociata“ (mihi). „Fortis heroïna“ — nam sic scribo — quae regit tempora rerum<sup>2)</sup>, Erato (pro Musa, sed eo discrimine, ut peropportune cadat Papinio, quia genethliacon<sup>3)</sup> pacturus est) poetae „diu sociata“ lato Thebaidos campo labores differre iubetur atque ingens opus (i. e. epos) minores in gyros contrahere: Maximum salutandi causa fidibus.

Roehrer et Wernsdorf „fortis heroïsa“ (scil. Achillis) genetivum putant, quod cum legibus metricis vetatur (Vollmer), tum impugnatur temporum condicionibus; Achilles enim primis haeret metis (v. 24 sq.).

\* v. 35 sq.: Exsilit lumen, si lapidem percutiat lapis; negligentiae igitur culpam quovis defero, si interpretor „optimo poscens (pudet heu!) propinquo funus amici.“ Crebro homines vel optimo propinquo poscunt orbitatem, quam inimicis iam pridem pressere votis, sed amici funus, ut ex asse heredes possint exsistere. Stat enim domo capta cupidus heres superstes imminens leti spoliis<sup>4)</sup> et ipsum ignem (impensas funeris) computat. Non propinquum proinde funus poscitur optimo amico, ut vulgo putant, sed funus omnino optimo cuique amico, quamvis (pudet heu!) propinquus sit affinitate.

Aviditas maligna nonne penitus ita recognoscitur, ut cernere et paene tangere videaris? Quo toto et 33 versu usque ad 40 enuntiato Statius paullum a proposito digressus se ipsum orbitatem fugere nequisse leviter significaverit, an „amicos“ (Vollm.) vel, si in Alfredi Klotz me insinuo sententiam, „amicum“ Maximum appellarit, haesito.

\* v. 46: „quos ad Eoum tuleras Orontem“. Ex harena funis effici non potest, quae tamen aliquantum congruunt cum veri similitudine vel per se sunt patentia, nego omittenda. Potest igitur

---

1) cf. Friedl., M. Val. Mart. Epigr. l., adn. ad XI 106 (Vibi Maxime, si vacas havere): „Derselbe, an den Stat. Silv. IV 7 gerichtet ist, im Jahre 93 praef. coh. III Alpinorum in Dalmatien, im Jahre 104 Präfekt von Ägypten. S. G. III 457. Vermutlich bekleidete er im Jahre 96 eine Prokuration in Rom.“

2) cf. Virg. Aen. VII 37 sqq.

3) cf. I 2, 49.

4) cf. Theb. IV 194 sq.



iustissime Maximus memorare enses, quos tulerat ad Orontem, quia ipse tulerat. Elegantem etiam iudico Statii urbanitatem, cum patrem de se ipso summa tantum modestia narrantem fingit, de avo, ut invicti Caesaris rapidum fulmen secutus refugis Sarmatis amaram sub uno coelo vivere legem dederit. Nam dedecuit Maximum, poetae fidum monitorem, iustissimum, qui alma prole fundaverat vacuos penates, civem, virum sapientem et probum, laudibus se ipsum tollere; quare: „enses“, inquit, „tuli“, i. e. „stipendia feci“. Maximo carmen tenuare tentat poeta. Maximum optima quaque augendum curat virtute, consilio, rei militaris scientia, auctoritate, humanitate, felicitate.

v. 53 sqq.: „generosus“ infans Maximianas<sup>1)</sup> scribendi artes discat, quibus pater omne mundi senium permensus orsa et Sallusti brevis et Livii Patavini<sup>2)</sup> reddit.

### Ad Vibium Maximum.

#### IV 7.

Iam diu lato sociata campo  
fortis heroina, Erato, labores  
differ atque ingens opus in minores  
contrahe gyros.

Tuque regnator lyricae cohortis  
da novi paulum mihi iura plectri,  
si tuas cantu Latio sacravi<sup>3)</sup>,  
Pindare, Thebas.

Maximo carmen tenuare<sup>4)</sup> tento:  
nunc ab intonsa capienda myrto  
serta, nunc maior sitis et bibendus  
castior<sup>5)</sup> amnis.

<sup>1)</sup> cf. Cic. Brut. III 14.

<sup>2)</sup> cf. Virg. Aen. I 244 sqq.

<sup>3)</sup> cf. III 2, 40 sq.

<sup>4)</sup> cf. Hor. Epist. II 1, 225; Carm. III 3, 72.

<sup>5)</sup> cf. Vollm. adn. ad. Silv. III 1, 42.

Quando te dulci Latio remittent  
Dalmatae<sup>1)</sup> montes, ubi Dite viso  
pallidus fossor redit erutoque  
concolor auro?

Ecce me natum propiore terra  
non tamen portu retinent amoeno  
desides Baiae liticenve notus  
Hectoris armis.

Torpor est nostris sine te<sup>2)</sup> Camenis,  
tardius sueto venit ipse Thymbrae  
rector, et primis meus ecce metis<sup>3)</sup>  
haeret Achilles.

Quippe te fido monitore<sup>4)</sup> nostra  
Thebais multa cruciata lima  
tentat audaci fide Mantuanae  
gaudia famae.

Sed damus lento veniam, quod alma  
prole fundasti vacuos penates.  
O diem laetum! venit ecce nobis  
Maximus alter!

Orbitas omni fugienda nisu,  
quam premit votis inimicus heres  
optimo poscens (pudet heu!) propinquo  
funus amici.

Orbitas nullo cumulata fletu:  
stat domo capta cupidus superstes  
imminens leti spoliis et ipsum  
computat ignem. —

Duret in longum generosus infans  
perque non multis iter expeditum

---

<sup>1)</sup> cf. I 2, 153. III 3, 90.

<sup>2)</sup> cf. I 4, 22 sq.

<sup>3)</sup> cf. I 2, 86.

<sup>4)</sup> cf. V 3, 145.

crescat in mores patrios avumque  
provocet actis!

Tu tuos parvo memorabis enses,  
quos ad Eoum tuleras Orontem  
signa frenatae moderatus alae<sup>1)</sup>  
Castore dextro;

ille ut invicti rapidum secutus  
Caesaris fulmen<sup>2)</sup> refugis amaram  
Sarmatis<sup>3)</sup> legem dederit, sub uno  
vivere caelo.

Sed tuas artes puer ante discat,  
omne quis mundi senium remensus  
orsa<sup>4)</sup> Sallusti brevis et Timavi  
reddis alumnum.

### An Vibius Maximus.

Lange schon in weitem Gefild als tapfre  
Heldin hold mir, ruhe vom Streit, o Muse,  
und beschränke nun das gewaltge Werk auf  
kleinere Kreise!

Du auch, Fürst der lyrischen Dichterscharen,  
gib mir kurzes Recht für ein neues Versmass,  
wenn ich in latinischem Lied verherrlicht,  
Pindar, dein Theben.

Will ich doch den Maximus zart besingen!  
Jetzt geziemt ein Kranz von noch unberührter  
Myrte, jetzt ein grösserer Durst und Trunk aus  
reinerer Quelle.

Wann zum trauten Latium kommst du endlich  
wieder aus Dalmatiens Bergen, wo der

---

1) cf. V 1, 98.

2) cf. II 7, 94.

3) cf. III 3, 170 sq. V 2, 135 sq.

4) cf. I 4, 29. II 1, 114. V 5, 27.

Steiger umkehrt, wenn er den Dis sah, bang und  
fahl wie sein Goldfund?

Sieh, mich hält, in näherem Land geboren,  
dennoch nicht mit lieblichem Hafen fern das  
müssge Bajä oder der Hektors Kriegsruhm  
teilende Herold.

Ohne dich schläft meiner Kamönen Chor, und  
ungewöhnlich lange sogar säumt Thymbras  
Herrscher, und im ersten Beginnen wahrlich  
stockt mein Achilles,

während unter deinem getreuen Mahnwort  
die Thebaïs, sorglich gefeilt und vielfach,  
selbst des mantuanischen Namens Wonnen  
hochherzig anstrebt.

Gleichwohl sei dein Zaudern verziehn, weil du mit  
trautem Spross dein einsames Heim gefestigt.  
Freudenvoller Tag, der uns einen zweiten  
Maximus brachte!

Nach Vermögen meide man Kindermangel,  
dem ein Böses wünschender Erbe nachstellt,  
selbst dem Nächstverwandten — o Schmach! — des Freundes  
Ende erhoffend.

Sonder Tränen bettet man Kinderlose:  
gierig lauert auf den Erlös des Tods im  
leeren Haus der Erbe und wägt sogar den  
Preis der Bestattung.

Lebe lang dein edelgeborner Knabe,  
wachse durch nur wenigen freie Bahnen  
in des Vaters Sitten und neure brav die  
Werke des Ahnherrn!

Du wirst deinem Sohne die Schwerttat schildern,  
die du am Orontes im Ost vollführtest,  
unter Kastors Schutze der weise Hort des  
Reitergeschwaders;

wie der Ahn des nimmer besiegten Kaisers  
schnellem Blitz gefolgt, der Sarmaten flüchtge  
Stämme streng geheissen, in einer einzgen  
Gegend zu hausen.

Doch zuvor erlerne der Jüngling deine  
Kunst, die alles Alter der Welt durchlaufend  
des Sallust Stil und des Timavussohnes  
in sich vereinigt.

---

### Hendecasyllabi ad Plotium Grypum.

#### IV 9.

v. 4:

„si post hoc aliquid mihi remittas.“

Papinius subtili quadam et ancipiti spe tenetur, utrum libellis  
(quorum Grypianus vilior est habendus) iamiam mutatis remittat  
„aliquid“<sup>1)</sup> (quod pretii sit alicuius vel dignitatis omnino) Plotius  
Grypus an non, quod summa cum curae tum artis est elocutus.

Miserat Grypus Papinio pro libro purpureo novoque, charta  
et binis umbilicis<sup>2)</sup> decorato Bruti oscitationes, libellum tineis ro-  
sum situque putrem. Fuit ergo Grypi addere „aliquid“ dono,  
quod iocans et ludens miserat, nisi expectationem amici decipere  
volebat.

v. 9: „praeter me“, quippe qui carmen pangens me ipse  
dederim vel meliorem certe mei partem.

v. 13:

„aut Byzantiacos colunt lacertos.“<sup>3)</sup>

Versus antecedentes

„quales aut Libycis madent olivis

aut tus Niliacum piperve servant“

respiciens Heinsianam tollo coniecturam „olent“ atque in Matritensi  
persisto: cavillatur Staius libellis sepositis lacertos (thynnos, pisces  
Byzantio in freto captos) „coli“, i. e. tegi et involvi. Fortasse

<sup>1)</sup> cf. Friedl., Iuv. Sat. I 74.

<sup>2)</sup> cf. Mart. Epigr. I 66, 11; VIII 61, 4.

<sup>3)</sup> cf. Tac. Ab exc. D. Aug. VII 63. Strab. Geogr. VII 6, 320.

etiam poeta in Curt. VIII, 9, 21 iocatur, quod tamen pro certo non venditem, quamquam ambiguitate vocis „lacertus“ altero utrimque sensu adhibitae facile motus fuerit.

v. 16 sqq.: „priusquam  
te Germanicus<sup>1)</sup> arbitrum sequenti  
annonae dedit omniumque late  
praefecit stationibus viarum.“

Hirschfeld<sup>2)</sup> satis planum facit illud munus Grypo per imperatorem traditum non praefecturam frumenti dandi fuisse, sed curam sumptus, quo Domitianus Dacos bellis persecutus utebatur. Apparet igitur annona terminus technicus pro impensis itineris.

v. 24 sqq.:

„caesis pillea<sup>3)</sup> suta de lacernis“.

Heinsius pro „caesis“ scripsit „scissis“; quae quorsus? Codice Matritensi praebetur „caesis“ (e quibus pillea fiant); nam cum „sicca“ (sicta? suta?) Matritensi probetur, nihil fere relinquitur, nisi ut „pillea“, quibus Romani amicti erant in conviviis epulisque, „suta“ vocentur. Sed potest, si vis, substitui „secta“, quare non timeo, ne omni labor iudicio: „pillea de lacernis caesis secta.“

„Chartae; Thebaicae; Caricae: papyri frutices, quos incolae Aegypti ob dulcedinem emanantem mandere<sup>4)</sup> solent; palmulae<sup>5)</sup>; ficus maiores<sup>6)</sup>. Chartas, de quibus v. 7 dictum, hic significari nego: pilleis, manteliis, mappis, quibus Romani cenantes ornati sunt, fructus opponuntur, quos edunt: Chartae, Thebaicae, Caricae.

„nusquam turbine conditus ruenti  
prunorum globus atque cottanorum“,

i. e. „inversa meta aut pyramide quadam in caput constituta“ (Barth); cf. Mart. Epigr. XIV 132: „Poma sumus Cybeles: procul hinc discede, viator, ne cadat in miserum nostra ruina caput“. „Ellychnia“: lychnitis secundum Plin. Nat. hist. XXV 74 planta est fibrata atque fistulosa, qua utuntur veteres filo quasi candelarum; inde derivatum lychnus, „en-lych-

<sup>1)</sup> cf. III praef. 23; IV praef. 10 sq.

<sup>2)</sup> Philol. XXIX 29, 40. Verw. Gesch. I 102.

<sup>3)</sup> cf. Mart. Epigr. XIV 132.

<sup>4)</sup> cf. Plin. Nat. hist. XIII 22, 2.

<sup>5)</sup> cf. Plin. Nat. hist. XIII 9, 4.

<sup>6)</sup> cf. Plin. Nat. hist. XIII 10.

nium“: „non ellychnia sicca (sine oleo), non replictae Bulborum tunicae?“<sup>1)</sup> „Tantum“ (Domitius: „mihi“): v. 30 optime respondet insequenti: „nec ova tantum,<sup>2)</sup> nec lenes halicae“; sin minus, „tandem“ proposuerim.

De „oxyporo“ (v. 36), cibi genere ex oleo et aceto compositi, cf. Apic. De a. coquin. I 32; Col. De re rust. XII 57: „Oxyporum vel (ut alii) axigarum, condimenti genus, quod adspergitur pro sale obsoniis.“

\* v. 37: „panes nitidantis aphronitri.“<sup>3)</sup> Miror scripturam „nitidantis“<sup>4)</sup> neglectam esse a viris criticis Alfredo Klotz excepto. Equidem panes „nitidantis aphronitri“ pastillos<sup>5)</sup> intelligo „aphronitro nitidatos“<sup>6)</sup> vel pastillos omnino ex „aphronitro nitidante“ factos.

v. 38: „passum psithiis<sup>7)</sup> suis recoctum.“ Domitius coniecit pro „uvis“ vel „unis“ codicum, quae falsa in propatulo, „suis“, quod Vollmer hoc modo commentatur: „psithiis suis recoctum, an den Reben selbst ausgereift.“ Non contigit mihi, ut melius invenirem, et hanc ob causam reliqui rem integram. Scribit mihi insuper doctissimus ille existimator; „Suis ist sicher richtig; der Rosinenwein unterscheidet sich dadurch vom andern, dass er an seiner Rebe selbst hängend gährt, nicht im Keller; natürlich ist das kein edler Wein.“

v. 40:

„quant(ul)um (scil. est) nec dare cereos olentes,  
cultellum tenuesve codicillos.“

„Nec“ hic idem est, quod vulgo „non“, cui rei fidem addat Kreuzler,<sup>8)</sup> cum dicit: „Auch wird nec für non erklärt in einigen Stellen der Dichter und der älteren Prosa.“

Vollmer iudicat cereos, de quibus agitur, cultellum „olere“, ne iam accendi possint ab eo, qui accepturus sit; mihi videntur et

1) cf. Plin. Nat. hist. XII 19; XXV 21, 2.

2) cf. V 3, 71.

3) cf. Mart. Epigr. XIV 58.

4) utrum „nitidantis“ an „viridantis“ M. habeat, non facile contenderis Rhedig.: „nitidantis“.

5) cf. Hor. Sat. I 2, 27.

6) i. e. pastillos aphronitro nitidante litos.

7) cf. Eub. ap. Athen. I 28 F. Nic. Alex. 181.

8) Handwörterbuch I pag. 315, 66 sqq.

„cerei olentes“ et „cultellus“ aptissima per se dona saturnalia.<sup>1)</sup> Cultellum praeterea uno quasi tenore amplectuntur et „cerei“ et „codicilli.“

v. 43: „in orbe“. „Orbis“ idem est ac rota<sup>2)</sup> figulina vel officina ipsa figulina. Totum ideo hic vertitur, quo in loco, non quo modo patinae factae sint.

v. 44: „Synthesis et vas fictile significat et vestem saturnaliciam. Ambiguitate igitur verbi ludit Papinius; nam cum synthesisin petiisset, quasi ille offensus esset magnitudine muneris vestem intelligens, interposuit ‚quid horres?‘, quasi dicat: vestem non peto synthesisin, sed vas fictile, calicum aut caccaborum — Kochtöpfe“. (Domitius. cf. etiam Markld.)

\* v. 54:

„tantum me mihi, quod soles lepori.“

Defendens Matritensem ostendam, quae mihi succurrerint; persuasi mihi Statium verbis „sed valebis; tantum me mihi, quod soles lepori“ hendecasyllaborum improvisum necopinatumque finem facere voluisse, quo magis subito sermone inciso essent efficaces; idcirca dicit: „Sed valebis; tantum (sinas) me mihi (habere vel mittere), quod (i. e. quantum<sup>3)</sup>) lepori (meo vel aliorum) soles (obsequi).“ Breviloquentia igitur pateat poetae bene concedenda! Haec mea interpretatio eo maxime praestare videtur, quod applicata ad librum manu scriptum nec repugnat contextui sententiarum, neque circumcidit sales saturnalicios. Immovero acrior evadit forsitan acies!

An „desinit“, ut ait Ovidius, „in piscem mulier formosa superne?“ Quibus officii quodammodo causa dictis Statius Grypum maioris gradus iuvenem<sup>4)</sup> adhortatur: „et nunc hendecasyllabos remittas!“ eo nimirum consilio, ne iteret versus, cum librum iam iteraverit.

1) Friedl. S.-G. I<sup>5</sup> pag. 346.

2) cf. Hor. A. p. 22. Marqu. Pr. L. 661, 2.

3) cf. Ellendt, Lat. Gramm. § 34 adn. 3.

4) cf. IV praef. 29.



## Hendecasyllabi ad Plotium Grypum.

### IV 9.

Est sane iocus iste, quod libellum  
misisti mihi, Grype, pro libello.  
Urbanum tamen hoc potest videri,  
si post hoc aliquid mihi remittas;  
nam si ludere, Grype, perseveras,  
non ludis<sup>1)</sup>. licet ecce computemus!  
Noster purpureus novusque charta  
et binis decoratus umbilicis,  
praeter me mihi constitit decussis<sup>2)</sup>:  
tu rosum tineis situque putrem,  
quales aut Libycis madent olivis  
aut tus Niliacum piperve servant  
aut Byzantiacos colunt lacertos;  
nec saltem tua dicta continentem,  
quae trino iuvenis foro tonabas<sup>3)</sup>,  
aut centum prope iudices, priusquam  
te Germanicus arbitrum sequenti  
annonae dedit omniumque late  
praefecit stationibus viarum;  
sed Bruti senis<sup>4)</sup> oscitationes<sup>5)</sup>  
de capsula miseri libellionis,  
emptum plus minus asse Gaiano<sup>6)</sup>,  
donas. usque adeone defuerunt  
caesis pillea suta<sup>7)</sup> de lacernis  
vel mantelia luridaeve mappae,  
Chartae Thebaicaeve Caricaeve?  
nusquam turbine conditus ruenti  
prunorum globus atque cottanorum?  
non ellychnia sicca, non replictae

<sup>1)</sup> non ludis, sed decipis.

<sup>2)</sup> cf. Gron. De pec. vet. I 8.

<sup>3)</sup> cf. II 7, 66. Mart. Epigr. III 38, 2.

<sup>4)</sup> „senis“, quia Brutus Ciceronis erat aequalis. cf. I 1, 102.

<sup>5)</sup> cf. Mart. Epigr. II 6, 3. Cic. Dial. de or. XXI. Quint. Inst. or. X 1, 123;  
XI 3, 3.

<sup>6)</sup> cf. Vollm. comm. pag. 493, 22. Smith, Dict. of Greek and Roman biogr.  
and mythol. I pag. 565.

<sup>7)</sup> vel „secta“: die man schneidet aus schleissgen Überwürfen.

Bulborum tunicae? nec ova tantum  
nec lenes halicae nec asperum far?  
nusquam Cinyphiis vagata campis  
curvarum domus uda coclearum?  
non lardum grave debilisve perna?  
non Lucanica<sup>1)</sup>, non graves Phalisci<sup>2)</sup>,  
non sal oxyporumve caseusve,  
aut panes nitidantis aphronitri,  
vel passum psithiis suis recoctum,  
dulci defruta vel lutoso caeno?  
Quantum nec dare cereos olentes,  
cultellum tenuesve codicillos!  
ollares, rogo, non licebat uvas,  
Cumano patinas in orbe tortas  
aut unam dare synthesin (quid horres?)  
— alborum calicum atque caccaborum?  
sed certa velut aequus in statera  
nil mutas, sed idem mihi rependis.  
Quid si, cum bene manè semicrudus  
inlatam tibi dixero salutem,  
et tu me vicibus domi salutes?  
aut cum me dape iuveris opima,  
exspectes similes et ipse cenas?  
irascor tibi, Grype. sed valebis;  
tantum me mihi, quod soles lepori,  
et nunc hendecasyllabos remittas!

### Elfsilbler an Plotius Grypus.

Sicher ist es ein Scherz, o Grypus, dass du  
für ein Büchlein ein Büchlein mir gesandt hast.  
Gleichwohl dürfte als feiner Zug es gelten,  
wolltest du mir hernach ein Übres schicken;  
denn sofern du zu tändeln fortfährst, Grypus,  
bleibts kein Tändeln. Wohlan! lass uns vergleichen.  
Meines, purpurn gefärbt und frisch geschrieben

<sup>1)</sup> cf. Mart. Epigr. XIII 35.

<sup>2)</sup> cf. Varro, De ling. Lat. IV 22. Mart. Epigr. IV 46, 8. Ov. Am. III 13, 14 sqq.

und an jeglichem Knauf mit Schmuck versehen,  
kam mir ausser der eignen Müh ein Zehn-As<sup>1)</sup>.  
Du schenkst eine vergilbte, wurmzerstochne  
Schwarte, wie sie von libyschen Oliven  
triefen, Pfeffer und Weihrauch aus Ägypten  
bergen oder Byzantiums Thunfisch putzen:  
wenn sie wenigstens noch enthielte, Jüngling,  
was du donnertest auf dem Forum Trinum  
oder vor jenen hundert Richtern, ehe  
dich Germanikus für des nächsten Haushalts  
Amt zum sorgenden Vorstand machte und dir  
aller Strassen Quartiere unterstellte;  
doch das Schlummergespräch des alten Brutus,  
im Verschlag eines armen Bücherkrämers  
aufgekauft für ein winzges As des Gajus —  
war denn wirklich so schwere Not an Kappen,  
die man näht aus zerschnittnen Überwürfen<sup>2)</sup>,  
Quehlen oder verschossnen Servietten,  
Süssholzstauden und Datteln oder Feigen?  
gabs denn nirgend in wirrem Durcheinander  
aufgeschüttete Pflaumen und Kottanen?<sup>3)</sup>  
keine trockenen Dochte, nicht entrollte  
Zwiebelschalen? nicht Eier einmal oder  
weiche Graupe noch rauhgehülsten Dinkel?  
nirgend, die in des Cinyps Ebenen heimisch,  
krummeschmeidiger Schnecken feucht Gehäuse?  
schwer verdaulichen<sup>4)</sup> Speck, noch dürren Schinken?  
nicht lukanische oder derbe Presswurst?  
scharf durchdringendes Salz nicht oder Käse,  
oder Plätzchen<sup>5)</sup> aus hellem Schaumsalpeter,  
oder Wein, an den Reben selbst schon reifend?  
oder Most, der von süssem Satz getrübt ist?

<sup>1)</sup> Zehn-As; in gleichem Sinne, ohne freilich dieselbe Werteinheit bezeichnen zu wollen, wie unsre Volkssprache etwa „Zehngroschenstück“ sagt; darauf scheint mir auch der gegen die grammatische Regel gewählte Genitiv *decussis*, vielleicht ein dem *sermo populi* oder der *suburbanitas* gemachtes Zugeständnis, hinzudeuten.

<sup>2)</sup> vel „secta“; die man schneidet aus schleissgen Überwürfen.

<sup>3)</sup> Kottanen, *cottana*, *κόττανα*: Zwergfeigen; vermutlich aus dem hebräischen קוֹטָנָה (קוֹטָנָה) = klein, unbedeutend, jung, herzuleiten; vergl. Plin. Naturgesch. XIII 10.

<sup>4)</sup> od.: keinen ranzigen Speck noch dürren Schinken?

<sup>5)</sup> viell. auch: oder Brödcchen, besprengt (betupft) mit Schaumsalpeter.

O wie arm, nicht einmal ein duftig Kerzchen,  
Messerlein zu vertun und kleine Tafeln!  
Reichs denn nimmer für eingelegte Beeren?  
oder Schüsseln, gedreht in Kumäs Werkstatt?  
eine einzige Garnitur — (was bangst du?)  
— weisser Töpfe und sonstgen Kochgeschirres?  
Doch du änderst, ein Biedermann mit fester  
Wage, nichts und bezahlst in gleicher Münze.  
Wenn ich nun schon am frühen Morgen leeren  
Magens, dich zu begrüßen, zu dir käme,  
möchtest du den Besuch bei mir erwidern?  
oder, wenn du zu reichem Mahl mich lüdest,  
würdest du auf ein ähnlich Essen rechnen?  
Böse bin ich dir, Grypus. Doch gehab dich!  
Lass auch mir meinen Scherz, du Freund des Scherzes,  
und nun — sende du auch Elfsilbler wieder!<sup>1)</sup>

---

### Somnus.

#### V 4.

„Somnus“, quod carmen alio iam loco<sup>2)</sup> versibus inclusi, cygnea quodammodo vix ter amari iubet poetam: traiectus penna tempora cantat olor.

Num non vides, quam delicate ac dilucide voces noctis conglutinatae, quanta temperantiae arte doloris et maeroris angores concepti sint, ut placida vi victus celsa fere tenearis scriptorum sacrorum tenuitate, cum audis: „ . . . . . extremo me tange cacumine virgae<sup>3)</sup>, (sufficit) aut leviter suspensio poplite transi.“?

Sed suo quisque regatur iudicio!

„Somnus“ mea quidem elegantia versibus impariter iunctis disponi debuit, quibus lenitas atque mollities orationis meliore mehercle in lumine collocantur quam epico metro, cui Statius priores semper detulit partes, illos vivere tamquam sui superstites ratus: habeat sibi poeta!

---

<sup>1)</sup> cf. Sebicht, P. Papinius Statius Silvae, IV 27 (9) 54 sq.

<sup>2)</sup> Lotos, Eigenes und Übersetztes, II pag. 51 sq.

<sup>3)</sup> cf. Ev. Luc. XVI 24.

v. 1 sq.: „error“<sup>1)</sup> adiectivo „miser“ firmatus pensatusque vice quadam „crimini“<sup>2)</sup> respondet.

v. 4:

„et simulant fessos curvata cacumina somnos.“  
„Curvatis cacuminibus“ et montes<sup>3)</sup> et arbores<sup>4)</sup> significari posse undique satis abunde illustratur; utrum hic Statius in animo habuerit, dubium est, cum curvata cacumina neque a pecore volucribusque dissentiant neque a trucibus fluviis marisve horrore, quae eadem pigro somno torpent<sup>5)</sup>.

v. 6 sqq.: „Septies“<sup>6)</sup> Phoebe iam respicit poetam vigilando prope necatum; septies Tithonia misericordia capta iacentem rore vel vento gelido „adspergit“. — Cur „parceret“ (Schrader) gelido flagello? Perperam! sed spargit<sup>7)</sup>, qua re clarius cadit sub oculos, quo animi statu Statius teneatur.

Eodem spectant Oetaeae Paphiaeque lampades<sup>8)</sup> totidem „revisentes“, non „renidentes“ (Baehrens) tantum.

Oetaeae Paphiaeque lampades Hesperus<sup>9)</sup> et Lucifer<sup>10)</sup> esse mihi videntur, quorum alteri mane eadem offeruntur, quae pridie vesperi oblata sunt alteri; vel omnino stellae, quae Oeta ex monte Paphum sive hinc eo migrantes fingendae sunt.

„Sed sequuntur poetae hac in re qualemcumque potius“, ut docet Gesner<sup>11)</sup>, „imaginationem quam rigidum verum“.

v. 13: „non si mihi lumina mille“ (essent); universe temperat sibi Papinius, quominus verbo „esse“ utatur<sup>12)</sup>.

<sup>1)</sup> cf. Barth, Advers. XVIII 5. Anth. Lat. 935.

<sup>2)</sup> cf. V 5, 7.

<sup>3)</sup> Virg. Aen. III 274. Ov. Met. I 310; IV 659; VI 311; VII 804; IX 93. Hor. Epod. XVI 28.

<sup>4)</sup> Ov. Met. I 346; II 792; IV 255; VIII 257; XV 396.

<sup>5)</sup> cf. II 2, 73.

<sup>6)</sup> cf. Ov. Am. II 6, 45. Silv. V 3, 29 sq.

<sup>7)</sup> cf. I 6, 11; de „flagello“ Gesn. Thes. I pag. 681, 66 sqq.

<sup>8)</sup> cf. Vollm. comm. pag. 546 sq.

<sup>9)</sup> cf. Virg. Ecl. VIII 30; Cul. 201 sq. Cat. Carm. LXII 7.

<sup>10)</sup> cf. Cic. De nat. deor. II 20, 53. Virg. Cir. 349 sq.; Ed. VIII 17. Plin. Nat. hist. II 36 sq.

<sup>11)</sup> Nov. ling. Lat. thes. II pag. 561, 87 sqq.

<sup>12)</sup> cf. I 2, 180; 3, 7, 15, 24, 29 sq., 41 sq., 96, 101; 5, 8, 40, 45, 47. II 4, 11—15, 66 sq., 5, 5. IV 5, 10 sq., 21 sq., 37, 45 sq., 53; 7, 10 sqq.; 9, 24 sqq. etc.

v. 14; Non liquet mihi, qua de causa Matritensis codicis „heus“<sup>1)</sup> (i. qu. ecce) sublatum sit, praesertim cum brevior ea interiectione, quae toto animi affectu firmatur, cursus narrationis haud facile frangatur aut impediatur. Insomniis obrutus poeta non sine magno dolore exclamat:

„At nunc heus aliquis longa sub nocte puellae  
bracchia nexa tenens ultro te, Somne, repellit:  
inde veni!“

### Somnus.

#### V 4.

Crimine quo merui, iuvenis placidissime divum,  
quove errore miser, donis ut solus egerem,  
Somne, tuis? tacet omne pecus volucresque feraeque  
et simulant fessos curvata cacumina somnos,  
nec trucibus fluviis idem sonus; occidit horror  
aequoris, et terris maria adclinata quiescunt.<sup>2)</sup>  
Septima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras  
stare genas; totidem Oetaeae Paphiaeque revisunt  
lampades et totiens nostros Tithonia questus  
praeterit et gelido spargit miserata flagello.  
Unde ego sufficiam?<sup>3)</sup> non si mihi lumina mille,  
quae sacer alterna tantum statione tenebat  
Argus et haud unquam vigilabat corpore toto.  
At nunc heus aliquis longa sub nocte puellae  
bracchia nexa tenens ultro te, Somne, repellit:  
inde veni, nec te totas infundere pennas<sup>4)</sup>  
luminibus compello meis (hoc turba precetur  
laetior) — extremo me tange cacumine virgae,  
(sufficit) aut leviter suspenso poplite transi!

1) cf. Hor. Sat. I 3, 21.

2) cf. Ill 2, 73.

3) cf. I 4, 130.

4) cf. Theb. II 144 sq.

### An den Schlaf.

Welches Verschulden, o Schlaf, mildlächelnder Götterjüngling<sup>1)</sup>,  
welcher unselige Wahn heisst streng deiner Gunst mich entraten  
einsamen Leids? Rings schweigen die Herden, die Vögel, das  
Raubwild,

und auch die Wipfel im Wald<sup>2)</sup>, scheints, pflegen ermüdet der Ruhe.  
Friedlicher gleitet das Rauschen der Ströme; des Meeres Gebrause  
schwand, und es schmiegen sich leis ans Gestade die windstillen  
Fluten.

Siebenmal sieht mich der Mond nun schon mit wundstarrten Lidern,  
siebenmal wandern die Sterne mich grüssend vom Öta nach Paphos,  
siebenmal hört wie diese die steigende Sonne mein Klagen,  
mitleidergriffen zum Troste mir sendend ihr linderndes Tauwehn.

Wie nur ertrag ich es länger, und hätt ich unzählige Augen  
gleich jenem heiligen Argus, der auch nur im Wechsel sie wachen  
liess und nicht ewig mit allen zusammen dem Späheramt oblag!

Jetzt aber hält gar mancher sein Mädchen in heisser Umarmung,  
traun! und verschmäht dich, o Schlaf, nach eigenem Willen die  
Nacht durch:

nahe von dorten! und magst du nicht gänzlich den Blick mir  
umhüllen,

nieder dich senkend im Flug (Glückfroheren rege sich solch  
Wunsch),

ziehe — ich weiss es dir Dank — vorbei leichtschwebenden Fusses!

\* \* \*

Penitus iamiam perlustratis novem his Silvis et quasi emun-  
ctorio depastis quamquam omnes res circumspiciens poetae dicendi  
cogitandique genus ubicunque fieri poterat defendere et restituere  
conatus sum, tamen confido non mihi exprobatum criminique datum  
iri, quod temerarium me praebuerim, vel longius a veris aberrarim,  
vel adorarim litteras. Sed cupiditate tantum affectus Statium poetam  
tuendi artem canendi purgare molitus sum. Quod felix sit  
faustumque!

---

<sup>1)</sup> cf. pag. 28 hs. opusc. adn. 3: — ≡ / — ≡.

<sup>2)</sup> od.: und auch die Kuppen der Berge entschliefen in scheinbarer Ruhe.

Welches  
welcher unsel  
einsamen Lei

und auch die  
Friedlicher gl  
schwand, und

Siebenmal sie  
siebenmal wa  
siebenmal hö  
mitleidergriffe  
Wie nur ertra  
gleich jenem  
liess und nich  
Jetzt aber hä  
traun! und v

nahe von d  
nieder dich  
ziehe — ich

Penitus  
ctorio depast  
cogitandique  
conatus sum  
iri, quod ten  
vel adorarim  
tuendi arte  
faustumque!

<sup>1)</sup> cf. pa

<sup>2)</sup> od.: t



r Götterjüngling<sup>1)</sup>,  
st mich entraten  
n, die Vögel, das  
ild,  
ermüdet der Ruhe.  
Meeres Gebrause  
de die windstillen

undstarren Lidern,  
Öta nach Paphos,  
ein Klagen,  
erndes Tauwehn.  
hlige Augen  
echsel sie wachen  
päheramt oblag!  
isser Umarmung,  
genem Willen die  
durch:  
ch den Blick mir  
len,  
rege sich solch  
ch),  
hwebenden Fusses!

vis et quasi emun-  
iens poetae dicendi  
endere et restituere  
n criminique datum  
s a veris aberrarim,  
tus Statium poetam  
. Quod felix sit

in scheinbarer Ruhe.



An den Schöner

Wahrscheinlich ist die Schöner, die ich hier beschreiben will, eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.

Die Schöner ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will. Sie ist eine Art von Schöner, die ich hier beschreiben will.